quod eodem redit, in ध्, quod eam extinguit. मत् e rad. मन् participi-
um praesentis (cf. p. 23) ad plura ex conscientia nomina possidendi fingen-
da usurpatur, et in casu 1. m. fit मान्, in c. 2. मन्तं, in c. 3. मन्ता;
atque ita reliqui casus plane regulares sunt, dum modo in du. c. 1. 2. 8.
et pl. 1. 8. न् vel anusvara ante त् inseratur. Foemininum autem मती
et neutrum मत् si म्ponas pro व्, de reliquo per omnes numeros et
casus prorsus flectitur ut वती et वत् in श्रुतवती et श्रुतवत्,
q. v. supra.

प्राज्ञसंमतः inter sapientes aestimatus, casus 1. sing. masc. vocis,
quae ad va h u v r i hi formam composita est. प्राज्ञ quidem i. e. praescius,
sagax, praesagus, sapiens, derivatur a praep. प्र pro, prae, ante, ac आ ad,
apud, et a r. ज्ञा c. 9. scire (p. 24.), quae in locum आ finalis adsumit a-
gentis affixum अ (p. 22.). संमतः aestimatus, a praep. सम् cum, et
rad. मन् nosse. V. p. 23.

Nilak. ad h. l. ha bet: तत्र हेतुः श्रुतवान् अधीती बुद्धिमान् पाठ
तोर्षतश्च ग्रंथधारकः मेधावी उलाघोलकुशलः ॥
अतएव प्राज्ञानां संमतः ॥ i. e. ratio in eo, quia doctus es
(Sandshaja!) multae lectionis (vel, qui literarum studia absolvisi अधीती)
sapiens legendo et studendo (vel, qui sensum eorum, quae legisti, assequu

tus es अर्थतः), libros servans, ingeniosus in perscrutando (उद्), investigandi peritus, itaque etiam inter sapientes aestimatus.

विग्रहे in disjunctione, bello pugna, c. 7. m. sing. विग्रह, quod ut काल in tab. inclinatur, formatum est ex praep. वि, quod crebro locum negationis tenet. cuique latinum *ve* — et *dis* — respondet, ut in वैचित्य vesania, vecordia, ac radice ग्रह c. 1. 9. et 10. capere, sumere, cum अ subjecto, quo plurima variae significationis nomina finguntur.

मम mei c. 6. sing. pronom. V. p. 27 et tab. decl.

मतिः animus, mens, c. 1. f. sing. a r. मन et abstractorum affixo ति, quo radicis न eliditur. V. p. 23. et 28. Visarga post इ mutatur in, र् si sonans sequatur; quo fit मतिर्. Verbum substantivum अस्य hic अस्ति, et alias saepissime subaudiendum. Sic hoc in loco: non in pugnam mihi est animus; vel: disjunctio non est mihi in animo.

नच neque, non quidem. V. supra.

आप्रीये delector, pers. 1. sing. praes. medii, ex praep. आ ad, apud, et rad. प्री conj. 4., quae in activo et medio य praefigit terminationibus praesentis, praeteriti, conjunctivi et imperativi.

Nilak. id explicat verbis: नैवप्रीतिमानस्मि Non equidem gaudio affectus sum.

कुलक्षये in familiae ruina, est casus 7. nominis ad tatpuruṣhae formam compositi ex कुल n. familia (quod radicem कुल conj. 1. necessitudine vel familiae vinculo conjungere, et अ subnexum habet) atque ex क्षय m. ruina, lapsus defectio, destructio, cujus radix est क्षि c. 1. dilabi, consumi, deficere etc. Dum huic अ subjungitur, इ convertitur in ए, quod ante vocalem fit अय.

Śloka 4.

मे mihi. V. p. 27.

विशेषः *disjunctio*, discrimen, c. 1. m. sing. a praep. **वि**, quae, opposita praepositioni **सम्** *cum*, separationem, disunionem etc. indicat (v. supra), et **शिष** c. 7. distinguere, definire, describere, determinare qualitatibus singularibus, quae, quum per omnia, si separatim sumantur, caput mortuum efficiant, radici **शिष** in c. 10 sensum relinquendi vel deserendi tribuunt, et in c. 1. significationem occidendi. Eidem adnexum est **अ** converso **इ** in **ए**. Quo etiam fit **विशेषणा** sub conditione existens sive determinatum, **वैशेषिकाः** dialecticorum genus in India, quibus ab auctore et *Aulukium* nomen est; etc.

पुत्रेषु *in filiis* (inter filios), c. 7. V. p. 22.

स्वेषु *propriis*, a **स्व** *proprius*, er. **सु** *producere, parere*, (cf. p. 22.) et **अ** affixo. Nam, quae fecimus ipsi, ea nostra putamus.

पाण्डुसुतेषु *in Pāṇḍi filiis* (inter P. f.) in c. 7. m. pl. vox composita ex **पाण्डु** ut pag. 22. et **सुत** *genitus, natus, filius*, a **सु** *parere, gignere* cum **त** participii praet. pas. adjuncto.

वा *vel*, particulae *ve*—, quae vocibus subnectitur, respondet. Sensus hic: neve mihi discrimen inter proprios filios et Pāṇḍi genitos.

वृद्धम् *senem*, aetate provectum; c. 2. sing. m. participii praeteriti, a r. **वृध** c. 1. *increscere*, quae, ex ratione supra allata, **त** participii subjecto fit **वृध**.

मां *me*, c. 2. sing. pron. **अस्मद्** de quo p. 27. Accusativus hic regitur ab **अभि** *coram*, praep. sequenti, quae hunc casum postulat.

असूयन्ति *despiciunt* pers. 3. pl. praes. activi V. p. 27.

पुत्राः *Filii*, c. 1. pl. m. V. p. 22.

मन्युपरायणाः *discordiae addicti*, in c. 1. pl. m. adjectivum, quod respicit ad **पुत्राः**, conjunctum ad *vahuvrīhim*. V. p. 22 sq. **मन्यु** *m. contumacia, ira, rixa, libido, malignitas*; a r. **मन्** c. 10. *obsistere, inhibere*, cf. p. 22., cui additum **यु** *ligare, miscere, separare, contemnere*,

ut in अहंयु superbus, arrogans, ab अहं ego et यु. पराघणा studium, retentio, obtemperatio, propensio, a पर alius, diversus et अयन n. via, semita; hinc पराघणा proprie, itio in via alterius, ut परतन्त्र dependens a तन्त्र norma etc., et मन्थुपराघणा libidinis obtemperatio, irae addictio adjective autem मन्थुपराघणा: contumaciae addictus.

Śloka 5.

अहं ego. V. p. 27 et t. decl.

तु vero, autem, etiam etc. particula.

अचक्षुः caecus (connivens), c. 1. m. sing. epitheton compositum ex negat. अ et चक्षुष oculi, a र. चक्ष c. 2. loqui, cui subjectum est उष, quo nomina varia terminantur. Cf. p. 22. sq.

कार्पायात् ex imbecillitate indulgenti, c. 5. sing. neutr. a rad. कृप c. 1. indulgentem, c. 10. imbecillum se praebere; quod subjecto अन fit कृपणा imbecillus, miser; etc. addito autem य abstractorum, unde prima syllaba conversa producitur, habetur कार्पाय.

पुत्रप्रीत्या per amorem erga filios, in c. 3. foem sing. (declin. ut बुद्धि in tab.). Vocis secundum tatpuruṣham (p. 21.) compositae pars prima est पुत्र (p. 22.) altera प्रीति amor, deliciae, quae dependet a प्री amare, delectari (cf. p. 22.) et ति affixo nominum abstractorum.

सहामि sustineo, pers. 1. sing. praes. activi a षह् c. 1. sustinere, tolerare, ferre.

तत् ideo, propterea; particula.

Nilak. ad h. 1. अचक्षुः कार्पायात् । आंध्येन दीनत्वात् पुत्र प्रीत्या च तत्सहामि सहेo caecus, connivens, ex indulgentia; per caecitatem quae ex imbecillitate oritur, itaque amore in filios sustineo etc.

मुर्यंतम् *vesanientem*, participii praes. sing. casus 2., qui regitur a
praep. अनु post. Radix verbi est मृह् vesanire, stultum, dementem, tur-
batum esse, conj. 4. V. p. 21. et tab. decl.

च et.

अनु post, secundum, sequendo. Praepositio.

मुर्यामि *insanio*, perturbatus sum, pers. 1. sing. praes. e r. मृह्, de
qua supra.

दुर्योधनम् *Durjodhanam*, c. 2. sing. V. p. 23.

अचेतनम् *amentem*, vecordem, in c. 2. m. sing. adjectivum ab अ
privativo et चेतना foem. sensus, mens, cogitatio, e r. चित conj. 1. men-
tis compotem, expergitum esse, conj. 10. cogitare, recordari, percipere,
etc., cui adjectum est अन, et vocalis इ conversa in ए, eadem vi ac in
योधन p. 23. अचेतन formatum est ad vahuvrihim ut दुर्योधन,
सुमहत्, अप्रिय, अचक्षु supra. Explicatur autem a Nilakantha
per अल्पबुद्धि exiguus animi.

Śloka 6.

राजसूये in Rādhasūja, i. q. in sacrificio regio; c. 7. sing. m. vel n.
nominis compositi (p. 21.) ex राजन् rex, a r. राज p. 25. et affixo अन,
cujus न finale in compositione hujus nominis omitti oportet. राज hic
locum tenet casus sexti राजः. Altera nominis pars, सूय, sacrificium
singulare, caeterum id significat, quod in lucem edendum, producendum
etc. Derivatur autem a r. सू conjj. 2. 4. et 6., cujus sensus ab eo radice
सु p. 22. non est diversus, et य participii fut. passivi adjuncto.

श्रियम् *adparatum*, copiam, opulentiam, c. 2. foem. sing., cujus casus
1. est श्रीः, reliquorum autem terminationes aequae communes sunt (v. tab.
decl.), si ante eas, quae vocali incipiunt, इय substitueris loco इ. In

casibus vero 4—7. singularis et 6. pluralis etiam duplici modo inclinatur, uno regulari, ut dictum, altero secundo nominum foem. generis, quae in इ desinunt. Rādshasūja sacrificium fuit Hindis maxime solemne, quod gravi quadam occasione data caesar aut rex ipse ingenti sumtu ac magnificentia instituit regibus etiam vicinis assistentibus.

दृष्ट्वा *viso*, quum viderat, particip. indecl. (cf. p. 22. 24. 26.) a r. दृश conj. 1. videre. श palati ante त adnexum fit ष, quo त convertitur in ट. Cf. p. 25.

पाण्डवस्य *Pāṇḍavae* (Pāṇḍo geniti) in c. 6. m. sing. patronymicum formatum affixo अ, quo उ mutatur cum अव. Nomen istud Ardshuna gerit cum quadam excellentia.

महौजसः *propter magnam virtutem splendidi*, adjectivum, quod genere, numero et casu nomini praecedenti respondet. Compositum vero est e महा (cf. p. 3.) et औजस n. lux, splendor, virtus, a r. औज conj. 10. potentem esse, virtute praestare, cum अस subjecto in morem plurium nominum. Haec vero, quae in अस desinunt, inclinantur in masc. et foem. terminationibus declinationum communibus, nisi quod अस in sing. c. 1. vertatur in आः, et in du. ac pl. in ओ ante terminationes quae a भ exordiuntur.

तत् *ideo*, itaque, quapropter etc.

चेत्, adeo.

अवदसनं *derisionem, irrisionem*, c. 2. neutr. sing. a praepos. अव deorsum, de—(in compositione), hinc etc. et rad. हस conj. 1. ridere, subjecto अन. V. p. 23.

प्राप्य *accepto*, vel quum nactus esset, (irrisionem sibi contraxisset); participium praeteriti indecl., quod autem radici ष subjiciendo formatur non nisi praepositione aliqua eidem addita. Itaque hoc verbum ortum ex प्र pro, prae etc., r. आप conj. 5. habere tenere et ष affixo.

समारोहणादर्शने *ascendendo et intuendo in aula*, in c. 7. n. sing. vocabuli compositi pars prima est सभा f. aula, palatium, coetus, quod hic casus 7. सभायां locum tenet, a praep. सह vel सम cum, una, et radice भा conj. 2. lucere, splendere, (unione lux); altera pars est रोहणा ascensus, a r. रह् conj. 1. ascendere, apparere, provenire etc., adjecto अन ut p. 23.; tertia denique दर्शन inspectio, a r. दृश् conj. 1. videre, intueri, cujus श्, adjiciendo अन convertitur in अर् . V.l. c. Integra vox ad duplicem formam composita est; nempe रोहणादर्शन ad eam, quam conjunctionem, dvan dvam, dicunt, quaque nomina substantiva ejusdem casus, omitta eorundem copula, ita conjunguntur, ut ultimum vel in numero singulari generis neutrius ponatur, vel in alterutrius generis duali aut plurali, reliquis, quae praecedunt, nominibus, in forma plerumque rudi, certo tamen ordine, praemissis. Sic रोहणादर्शन ascensus et contemplatio, इन्द्राग्नी Indra et Agni, ब्रह्मविष्णुशिवाः Brahma, Vishnú et Siva. Dictum vero vocabulum hic denuo compositum est alteri सभा ad normam तात्पुरशा e. V. p. 21. Sensus est: postquam Durjodhana in Rādshasūjae sacrificio inspexerat magnificum Pāndavae virtute magna pollentis adparatum, itaque irrisionem sibi contraxerat ascendendo et intuendo in aula, etc., de qua in Mahābhārat. initio: विमानप्रतिमांतत्रमघेन सुकृतांसभां (पाण्डवानां मुपहृतांसदृष्ट्वापर्यतप्यत ॥ तत्रावलसितश्चासति i. e. ad formam currus coelestis a Titanum artifice (mago मघेन q. e. शिल्पिनादैत्यानां) magnifice constructum palatium, a Pāndavis possessum ipse cum vidisset, totus exarsit. Atque hic eidem irrisum fuit, etc.

Śloka 7.

अमर्षाः *impatiens* (furius,) c. 1. m. sing. a privativo अ et rad. मृष conj. 1. 4. et 10. tolerare, pati, ignoscere, quae formata est ut दर्शने, quod praecedit. Cf. p. 23. Subaudiendum hic: factus est. Nilak. ad h. 1. अशान्त *inquietus, implacatus.*

स्वयं *ipse, virtute propria, indecl. ex स्व proprius et य addito. V. supra śl. 4.*

जेतुम् *vincere, infinitivus a rad. जि quam formando इ in ए mutat. V. p. 21. et tab. conj.*

अशक्तः *impotens vincendi, superando impar, c. 1. m. sing. ex privativo अ et r. शक् conj. 5. posse, parem, capacem esse, affixo participii त, quo verba intransitiva significationem activam retinent, ut Latinorum deponentia. Forma compositionis est vahuvrīhi, sed et tatpuru-shae adnumeratur.*

पाण्डवान् *Pāndavas, c. 2. m. pl. V. p. 22. et 32.*

शो *in praelio, c. 7. m. sing. a र. शा conj. 1. ire, sonare, subjecto अ. निरुत्साहः contentioni impar, viribus exerendis ac intendendis, in casu 1. m. sing., vox composita ex praepos. निरू extra, sine, (opposita नि in) et उत्साह virium intentio, fortitudo, a praep. उत् sursum, supra, et सह conj. 4. ferre, posse, vel षह conj. 1. 4. et 10. sustinere, pati, affixo अ et radicis अ producto. Compositio facta est vel ad vah. vel ad tatpurusham, pro plenius dicto उत्साहायाशक्तः. Sed निरुत्साहः etiam simpliciter potest denotare eum, qui sine contentione est. Subaudi अभूत् fuit vel factus est.*

च *et.*

संप्राप्तुम् *in potestatem suam redigere, subjicere, infinitivus, qui*

dependet a निरुत्साहः, i. e. viribus exerendis subigendi impotens, vel simpliciter: qui vires non exerit ad devincendum. Vocabulum ortum ex praep. सं et प्र ac radice आप्, supra.

सुश्रियं fortunatum, felicem, in c. 2. m. sing. Vox haec, quae cum praeced. construitur, ad vahuvrīhim composita est ex सु valde (p. 22.) et श्री fortuna secunda, felicitas p. 33. sq., ut सुप्रजाः is, qui bonam habet progeniem, a प्रजा progenies, (cf. p. 32), सुवचाः eloquentia instructus, a वचस् vox, sermo; sic सुश्रीः felicitate, fortuna secunda fruens. Nilak. ad h. 1. सुश्रियं शोभनाश्रीर्यस्यतंचयुधिष्ठिरं। संप्राप्तुम् वशोकर्तुम् ad felicem i. e. cujus. splendida fortuna, eumque Iudhishtīram devincendum sive in potestatem redigendum. पाठान्तरेऽप्यष्टोऽर्थः sic manifestus lectionis sensus.

क्षत्रियः unus ex Kshattris, sive militibus, i. e. ex secundo Hindorum ordine, qui et militaris et regius est; c. 1. m. sing. a र. क्षद् conj. 1. tegere, defendere, felicem, splendidum esse, affixo त्रे, cf. p. 25., unde क्षत्र is, a quo (regnum) defenditur, et in locum अ finalis substituto इय, fit क्षत्रिय ad Kshattrarum ordinem spectans; ut यज्ञिय ad sacrificium pertinens, a यज्ञ sacrificium etc.

अपि etsi, quamvis, etiam; particula.

सन् qui est, in c. 1. m. sing. participium praes. verbi अस conj. 2. esse. Sensus est: quamvis ex ordine bellatorum sit.

Śloka 8.

गांधारराजसंहितः cum Gāndhārae rege consociatus, foedere junctus, in c. 1. m. sing. vox composita. गांधारराज (ad tatpurusham) rex Gāndhārae est Śakuni, de quo p. 24. sq. 33. et infra Derivatur nomen hoc a radice गन्ध c. 10. quaerere, cupere, petere, ire,

movere etc., quae adsumendo अ fit गन्ध m. odor, aroma, cognatio, superbia, parvum; et, producendo radicis अ, गन्ध odorum plurium copia, odoramentum. Reliquum autem vocis, आर ortum ex श् conj. 3. ire, conj. 1. attingere etc., quod, अ sub finem addito, conversum producit. Hinc गान्धार (odores spargens etc.) septem tonorum unus in musica. De Gāndhāri matre Durjodhanae et de Gandharbis, musicis coelstibus, v. infra. Unde vero Candahar regio, quae inter Persidem et Indiam septentrionalem sita est, nomen istud acceperit, longius perquirere, hic supersedendum ducimus. De altera vocis hujus parte राज rex v. supra. Ultimaem संहितः vel, ut nobis videtur, धा conj. 3. tenere, fulcire, servare, radix est, cujus praeteriti passivi participium per anomaliam est हित; vel हि conj. 5. ire, increscere, limitare, quae eodem participio ex regula utitur. Praepositio सह cum, vel per apocopen स, radici priori tribuit sensum cohaerendi, conjungendi etc. सहित vero cum गान्धारराज ad vahuvrihim conjungitur.

छद्मव्यूतम् *lusum dolosum*, doli, in c. 2. sing. n. substantivum compositum ad tatpurusham. छद्मन् n. in compositione छद्म, dolus, fraus, occultatio, radicem habet छद् conj. 1. et 10. tegere, celare, abscondere, cui subjectum est मन, quo ex radicibus pluribus nomina formantur. व्यूत *lusus*, participium praet., quod frequenter substantivi vicem implet, a र. दिव् conj. 4. ludere etc., quae, त participii admitendo, इव्, prout videtur, contra regulam, mutat in यु vel यू, quo fit व्यूत loco दिवित vel दिक्, quod orthoëpiae repugnaret.

अमन्त्रयत् *consuluit*, clam deliberavit, convenit (cum eo) pers. 3. sing. praeteriti activi, a र. मन्त्र conj. 10. clam loqui, consulere, cui nasi litera inserenda. V. p. 22. Consuluit fraudulentum aleae lusum, quo integrum regnum sortiretur.

तत्र in hoc, ibi, adverbium ortum ex तद् hoc et त्र subjecto, quo,

quae casus septimi locum tenent, adverbia loci ex pronomibus et pronominalibus plurimis formantur. Sic सर्वत्र ubique, a सर्व्व totus, omnis, अन्यत्र alibi, ex अन्य alius, etc.

यद् quid, c. 1. n. sing. pronomem, quod declinatur ut तद् in tab. declinationum.

यत् quare, indecl. cognatum voci priori. Vel यद्यद् quidquid.

यथा quomodo, indecl. a यद् affixo था. V. p. 24.

ज्ञातं cognitum, c. 1. n. sing. participii a radice ज्ञा. V. ibid.

मया a me (per me,) c. 3. sing. pronom. अस्मद् ego. V. tab. dcel.

संजय o! Saṅdshaja! V. p. 26.

तद् hoc, c. 1. n. sing. pronominis.

शृणु audi. V. p. 27.

Hunc ślokaṃ Nilakaṅṭha sic interpretatur: तत्र तस्मिन् व्यूते मंत्रि
ते सतिर्येपश्चाच्च यद्यज्ज्ञातं जयाशाप्रतिरोधकं तत्सर्वमग्रा
निगद्यमानं शृणु ॥ लोकदुयहितज्ञानाभावेपिमूढाः लौ
किकवृत्तार्थस्मृतिभात्रेणास्वात्मानं तुर्वन्ति इति धृतराष्ट्रोक्ति
व्याजेन दर्शयति h. e. ibi, in hoc ludo consulto improbe (सतिर्ये
modo clandestino, perfido ac injusto), posteaque quid, quare eveniat,
quo victoriae spes obstruatur, hoc, totum a me inspectum, audi. In na-
tura scientiae rerum, quae mundo altero servatae sunt, hallucinantes,
quò cursus mundani rationem recordantur, momento spiritum propri-
um laedunt. Ita ex Dhṛitarāshṭrae sermone manifestum iacit.

Śloka 9.

श्रुत्वा audito. V. p. 22.

तु vero.

मम mei. V. supra.

वाक्यानि *sermones*, verba c. 2. neutr. pl. V. p. 26.

बुद्धियुक्तानि *rationi consentaneos*, sapientiae congruentes. Adjectivum hoc, quod spectat ad substantivum praecedens, componitur ex बुद्धि, de quo v. p. 29. et युक्त conjunctum, a radice युज् conj. 7. jungere, unire, meditari etc., ते participii adjecto, quo palati literae in eas, quae ipsis respondent, gutturis convertuntur. Cf. p. 26. et a. 1.

तत्त्वतः *ex principiis*, quod ad essentiam rerum; adverbium formatum ex तत्त्व n. essentia, principium, elementum, interius rei, et subiecto तः, quo adverbium maximam partem cum ablativi significatione finguntur ad originem modumque rerum indicandum. Sic आदितः ab initio, ततः ab hoc, धर्मतः justo modo etc. तत्त्व vero derivatur a तद्, quo cum pronomen hoc exprimitur tum in Vaedis plerumque, primum esse, prima mundi anima, naturalis conditio, primum Brahm., etc. (a तन् conj. 8. extendere, pandere, etc.), ac त्वं, quod et abstracti affixum est et ipse casus primus sing. pronominis युष्मद् tu. Locus hic ita reddi posset: intellecto autem verborum meorum, quae sapientiae congruunt, sensu ac vi interna, etc.

ततः *inde*, a तद् hoc et तः. V. articulum, qui praecedit. Ex orthoepia visarga mutatum est in ओ.

ज्ञास्यसि *cognosces*, pers. 2. sing. futuri indef. a radice ज्ञा. V. supra p. 24.

मां *me*, c. 2. sing. pronominis.

सौते *o! Sauti!* in c. 8. sing. masc. (V. in t. decl. कवि), सौति patronymicum Sandshajae (p. 26.), derivatur a सूत, q. e. ex primo et secundo Hindorum ordine oriundus, filius regius etc., hic vero nomen proprium. Radicem habet सू (cf. p. 22. et 33.), et ते participii praet. subiectum. Quaedam enim patronymica formantur इ suffixo, quo prima nominis vocalis vel simpliciter vel conversa producitur. Infra §. 67.

Saṅdshaja ipse Sūta compellatur, śloka autem 78. vocatur Sauti.

प्रज्ञाचक्षुषं *providendo caecum*, me, qui, quae necessario eventu-
ra sunt, providens, conniveo; in c. 2. masc. sing. adjectivum composi-
tum ex प्रज्ञा f. providentia, scientia, quod casus sexti locum hic implet
(cf. p. 29.), et अचक्षुष caecus, de quo v. p. 32. Verum etiam legi pos-
set चक्षुषं, ubi sensus foret: oculo praescio, providentiae, instructum.

इति *ita*, sic, particula, quae frequenter occurrit, indicans congruen-
tiam, adsensum, causam, finem etc.

उत *annon?* particula interrogandi, dubitandi etc. Vel इत्युत *ita*
etiam; nec aliter.

Nilakanṭha ad h. ślokaṃ: श्रुत्वेति केचित्तु प्रज्ञाचक्षुषमिति विशेषणा
दनागतार्थकथनं धृतराष्ट्रेण क्रियते ० . cognito etc.;
at quidam: Providendo caecum (se dicit). Hac determinatione a Dhri-
tarāshtra fit narratio rerum, quae nondum acciderunt.

Metrum ślokarum 9. praemissurum, quibus praedictionis sequentis
praefatio fit, maxime usitatum in purānis, sāstris aliisque operibus,
anushṭubh dicitur, cujus śloka continet versus duos, versus autem
caesuram unam habet, vel duo pāda sive quadrantes (unde tsha-
tushpād dicitur), pād vero quodvis octo syllabas, quarum in quo-
vis quadrante quintam brevem esse oportet, sextam longam, septimam
vero alternis longam et brevem, sive quarum ante ultimam in pāde pri-
mo et tertio ponendus est bacchius, in secundo et quarto amphibrachys,
post primam vero pādī, syllabam nunquam anapaestus aut tribrachys,
nec post eam in secundo et quarto pāde amphimacer. Quod autem ad pri-
mam cujusvis pādī syllabam et ultimam, idem est, sive breves sint
sive longae. Praedictionis vero sequentis metrum vocatur trishṭubh,
cujus śloka 44. syllabis absolvitur, sive duobus versibus aut 4. pādīs; ho-
rum autem quodvis 11. syllabis. Quatuor pādorū quodvis desinit

in duos bacchios, ac secundam et quartam longam habet, pad autem secund. et quart. quoque tertiam. In quovis śloka primi pādī: initium et quart pad integrum repetuntur.

Śloka 10.

यदा *quum*, quando, quoniam; particula conjungens sive adverbium temporis, ortum ex pronom. यद् quod, et दा affixo ejusmodi adverbii, ofum; ut सर्वदा semper, अन्यदा alio tempore, तदा tunc temporis etc.

अश्रौषं *audivi* (cognoverim, provideam) pers. 1. sing. praet. indef. activi, ubi radice श्रु vocalis उ ex regula convertitur in औ. Nilak. ad h. 1, तत्राश्रौषमिति भूतार्थलुङ्प्रयोगानुपपत्तेः

i. e. hoc in loco, audivi, praeteritum indefinitum (quod Grammatici per लुङ् indicant) denotat id, quod futurum sit. Alia enim ejusdem acceptio inepta foret. Ex his Nilakanthae verbis patet illius temporis significatio. Nam quae aliquando eventura sunt, a Dhṛitarāshṭra ut facta narrantur, atque ut talia per tempus indefinitum describi solent, quod ob id ipsum, quia non de certo facto praeterito, sed de eo est, quod fieri possit vel eventurum sit, in comparatione tempus praesens verbi sequentis adsciscit, quoniam cum eo, quod est, comparatur

धनुः *arcum* c. 2. sing. neutr. a र. धन् conj. 1. sonare, strepere, affixo उष ut in चक्षुष p. 32.

आघम्य *intenso* (adducto arcu), praeteriti participium indecl., quod formatur ex praepositione आ ad, radice घम् conj. 1. tendere, sistere, cohibere, continere, restringere, refrenare, et य adjecto. V. प्राप्य p. 34.

चित्रं *variegatum*, pictum, varium, in c. 2. neutr. sing. adjectivum ortum a radice चित्र conjugationis 10. variis coloribus pingere, cui additum अ.

विद्धं *fissum* c. 2. neutr. sing. participii praet. a radice विध conj. 6. findere, dividere, regere etc. affixo त participii. Cf. p. 29. et 31.

लक्ष्यं *scopum*, metam, signum, in c. 2. neutr. sing. substantivum, ad quod, quae praecedunt, spectant. Radix ejusdem est लक्ष conj. 1. et 10. videre, observare, distinguere, designare, य affixo participii futuri, unde लक्ष्य quod conspiciendum est.

पातितं *dejectum*, c. 2. neutr. sing. participii in forma, quae effecti-
tionem una denotat, ad लक्ष्यं respicit, derivatum a पत conj. 1. cadere,
movere, in forma effecti-
onis पाति facere, ut quid cadat, i. e. de-
jice-
re, cui participii praet. त subnexum est.

वै pro particula ad explendum habetur; hic quidem reddi posset
per *sane, vere* etc.

पृथिव्यां *in terra*, c. 7. sing. foem. subst. पृथिवी a r. पृथ conj. 10. projicere, affixo इवी, vel a r. प्रथ c. 1. et 10. projicere, celebrare,
र converso in श्. In Vaedis terra artificis mundi opus celebre di-
citur et insigne.

कृषां *Krishnam*, in c. 2. sing. foem. nomen proprium Draupadis
i. e. Drupadis filiae, quae postea Pāṇḍavarum uxor communis facta est.
कृषा: generis masculini et celeberrimae Vishnī metamorphosis nomen
est et Ardshunae ac Vjāsae. Radix autem ejusdem कृष conj. 1.
attrahere, allicere, ad se rapere ut magia fascinando animos vel magnete
trahendo ferrum; conj. 6. lineas, sulcos ducere arando terram. Radici
subjectum est न more plurium nominum et foeminini आ.

हतां *captam, acceptam*: c. 2. sing. foem. participii praet. pas.; a r.
ह conj. 1. capere etc. त subnexo.

प्रेक्षतां *inspectantium*, c. 6. m. plur. participii praesentis, a prae-
pos. प्र pro et r. इक्ष conj. 1. videre, percipere. Cf. tab. decl. Parti-
cipium hoc spectat ad nomen, quod sequitur.

सर्वराज्ञां *omnium regum*, c. 6. m. plur., subaudi पुर्वतः coram, quod construitur cum genitivo; i. e. coram inspectantibus omnibus regibus. Nomen istud compositum est ex सर्वो *omnis* et राजन् *rex*. (cf. p. 27, et 25.). Hoc, quum declinando vocalem ultimam अ modo producat, modo, ut et alias न finale, prorsus omittat, e. c. in राज्ञां, caeterum terminationibus utitur plane communibus.

तदा *tum*, tunc, adverbium ex तद् hoc et दा temporis affixo. V. supra यदा, quod si verteret: Ex illo tempore, quo cognovi etc., तदा interpretans omittere posset.

न *non*.

आशांसे *spero, desidero*; pers. 1. sing. praes. verbi medii, quod ortum ex rad. शस् conj. 1. quae cum praep. आ ad, spem indicat et desiderium etc., ac declinata literam nasi insertam habet, ut पड् p. 22.

विजयाय *victoriae* (ex victoria), in c. 3. sing. masc. substantivum, quod regitur a verbo praecedente, et derivatur a praep. वि (v. p. 30.), quae conjuncta est cum जय *victoria*, et cujus radix जि *vincere*. V. 21. et 26.

संजय *Sandshaja!* V. p. 26. sq.

Nilakantha ad h. sl. habet: पुलकच्यायेन पराबल्ये निश्चिते प्राकृतापि बलवता सह प्रसंगनं कुर्वति धृतराष्ट्रपुत्रस्तु जयाशा विद्वदकेषु अनेकेषु निमित्तेषु दृष्टेषु पितानजहौ अहो मोहस्य माहात्म्यमिति वार्णयत् ॥ अर्थाद्धारतार्थं च संगृह्णाति यदा श्रौषंधनुरिति आदिभिः सप्तषष्ठांश्लोकैः । प्रेक्षताम्प्रेक्षमाणानां । ताननादृत्य लक्ष्यं पातितं तथैव दुपदेन प्रतिज्ञातत्वात् विजयाय विजयार्थं । तदा तदारम्यनाशांसे । आशां करोमि ॥ १० ॥

i. e. Qui vir-

tute egregiori demonstrata ac stabilita viraginem sortitus est, eo sane heroe hujus conjunctionem efficiunt. Dhṛitarāshtrae autem filius, post-

quam caussas spei plurimas, quas vincendi habuerat, abscissas vidisset, eandem non abdicavit; vah! magnum dementiae animum hoc modo exhibens! Auctor vero ex proposito Bhāratī caussam 67. śloki com-
 plectitur, quae incipiunt verbis यदाश्रौषं. Coram inspectantibus; nul-
 la eorum ratione habita: metam dejectam; hoc quidem modo, Drupa-
 de agnoscente ac consentiente (quia filiam ea conditione promiserat):
 victoriae caussa. Tunc, ex hoc tempore inchoando non spero, (in vic-
 toria) spem nullam pono. — In Mahābhārata poemate Pāndavarum
 cum Draupade conjunctio maximi momenti est. In ejusdem loco prae-
 cedenti dicitur: समवायेत तोराज्ञांक्यां भर्तृस्वयंवरां प्राप्त्वानर्जुनः
 कृष्णांकृत्वा कर्मसुदुष्करं ॥ i. e. Regum in coetu Krishñam puellam, quum
 ipsa optione sua maritum deligeret, Ardshuna post res difficillimas egre-
 gie gestas assequutus est. Rāmam simili modo Sītam nactum legimus.
 Cf. Rāmājanāe I. 54. Idem vero factum eundemve mythum, qui per
 omnem antiquitatem diffusus videtur, latius patere notum est. De sensu
 autem Dhṛitarāshtrāe, cujus verba interpretamur, pauca addimus. Ipse,
 qui, dum hic loquitur, non quidem vincendi omne desiderium, sed spem
 amiserat, noluit videri fratrum bellum sua culpa fovisse, quod foedum
 foret. Quare se coecum innoxiumque ductum asserit, nec impedire am-
 plius posse, Saṅdshajae lamentatur, quae in fati ipse familiae suae even-
 tura cognoverat. Quae dum recenset singula, totidem Mahābhārata
 capitum argumenta, victoriae spem evanuisse repetens queritur. Quum
 vero, cui obsistere nequeat, invitum patientemque se ferre pluries con-
 firmat, ita temperata est ejus oratio, ut non sontis sed fato insupera-
 bili cedentis verba audiamus.

Śloka 11.

यदाश्रौषं *quum* (vel, ex illo tempore quo) *cognoverim*. V. supra p. 42. et 44.

द्वारकायां *in Dvāraka*, c. 7. foem. sing. est nomen urbis, in peninsulae Gudsharatensis parte extrema sitae, quae Kṛishṇāe tum maxime sedes erat regia, quum a Dsharasanda rege, Mathura, provinciae Dehli, pulsus fuerat; nunc vero a peregrinantibus religionis causa frequentatur. In annalibus autem indicis assertum legimus, Kṛishṇāe Dvārakam post mortem ejus a mari esse absorptam. Nomen illius derivatur a द्वार porta (ex radice दृ conj. 1. inhibere, retinere) affixo क, quo formantur adjectiva nomina pertinendi, respiciendi, referendi, possidendi; subaudi नगरी foem. urbs. Dvāraka etiam अश्विनगरी oceani urbs nuncupatur.

सुभद्राम *Subhadram* (optimam), in c. 2. sing. nomen proprium ab epitheto composito ex सु valde, bene, etc. (cf. p. 22. 37. etc.), rad. भद् conj. 1. gaudere, laetari, placere (et conj. 10.) felicem esse, ac र, quod ad plurima diversae significationis nomina ex radicibus formanda usurpatur. Hinc सुभद्रा valde placens, jucundissima, admodum felix, maxime pulchra.

प्रसह्य *violenter*, per vim, praevalendo, in declin. ex praepos. प्र pro, prae, rad. सह conj. 4. valere, posse, ferre, ac य affixo. Hinc participium indeclinabile, cui plane respondet, praevalendo. Nilak. ad h. 1. पट्ट नयभिभाव्य bellatores etiam audacter et perite dimicantes superando.

उटाम *absportatam*, ablatam, raptam, vel uxorem ductam, casus 2. foem. sing. participii praet., cujus radix est वह् conj. 1. ferre, auferre, transportare; त autem partic. subjecto, quod cum finali ह् pro regula abit

in ट, initialis semivocalis व ex more quorundam verborum convertitur in उ vocalem, quae ipsi respondet.

माधवी Mādhavī, in c. 2. foem. sing. patronymicum pro माधवंशजां Mādhavae familia natam. Mādhava autem et Vishṇu nominatur a Madho daemone, quem cecidit. V. infra śl. 33. Mādhavī eadem est, quae Subhadra supra, Kṛishṇa soror.

अर्जुनेन per Arḍshunam, c. 3. sing. masc. nominis proprii; (v. p. 21. sq.) a r. ऋञ्ज conj. 1. fortem, constantem esse, movere. उ subjecto eadem fit adject. ऋञ्ज rectum, verum etc., addito autem ने, vocalem primam una convertendo, अर्जुन efficitur. Ipse, Pāṇḍavarum praecipuus, plura gerit nomina, ut पाण्डुनन्दन Pāṇḍī voluptas, कौन्तेय Kuntis filius, इन्द्रिय et इन्द्रसुत Indrae natus, कार्णजित Karnāe victor etc. Cf. śl. sqq. et Haematshandrae Kosham

इन्द्रप्रस्थं Indraprastham; in c. 2. masc. sing. nomen propr. regionis ac urbis Indrae, compositum ex इन्द्र m. Indra, qui Svargae vel coeli inferioris rex est etc., et प्रस्थ m. et n. regio sublata, elevata, montis planum et latus inclinatum. इन्द्र vero derivatur a r. इद् conj. 1. cum splendore magno apparere, potestatem supremam habere; quae nasi literam admittit, ut पद् (p. 23.); et र affixo (p. 46.): प्रस्थ autem a praep. प्र pro, prae et ष्टा conj. 1. stare, morari etc., subjecto अ, quo radice आ eliditur (cf. p. 22. et 29.). Indraprastha cum pro Dehli regione tum pro Mēru montis mythici latere accipitur. Cum Indra autem et Arḍshuna et Kṛishṇa cognatione dicuntur conjuncti. Nam Vishṇu est इन्द्रानुज vel इन्द्रावरुज Indrae frater junior. Eidem tamen Svargae regi Arḍshuna et Kṛishṇa adversantur: q. v. infra slokis seqq. Nilakantha Indraprastham dicit सौहार्दं Sauharddam, i. e. amicitiae regionem, a सुहृद् amicus, dilectus.

वृषावीरौ *duos heroes a Vṛishñi oriundos*, in c. 2. masc. dual. vocabulum compositum ex **वृषि** nomine proprio, quod etiam denotat virtutis nobilitatem, fascinationem, inhibitionem, continentiam, a r. **वृष्** conj. 1. et 10. virtute pollere, cohibere, fascinare, concipere, spargere. Cf. śl. 56. **वीर** heros, fortis, est a r. **वीर्** conj. 10. fortem, heroem (virum) esse, addito **अ** in fine. Nilak ad h. l. **वृषावीरौ** **मकृषौमह्यपराधेनसौहार्द्गतौतत्रकास्माकंजघाशेतिभावः** i. e. duo heroes a Vṛishñi oriundi sunt Rāma (Balārāma, Kṛishnāe frater) et Kṛishnā; qui magnam laesionem (violationem) commiserunt, propter quod Sauhārdam profecti sunt; hoc quae nostrorum victoriae spes? Hic sensus. Alio Mahābhārat. loco, nempe Bhagavadgītāe X. 37. Kṛishnā de se dicit: in Vṛishñium stirpe Vāsudaeva sum, in Pāndavarum Dhanāndshaja, i. e. Ardshuna, **वृषावीरौ** **वोऽस्मिपाण्डवानान्धनंजयः** ।

घातौ *profectos*, c. 2. m. dual. participii praet. a r. **घा** conj. ire, attingere, **ते** subjecto.

तदा *tum* etc. ut p. 44.

*passi.

Śloka 12

यदाश्रौषं *quum cognoverim* etc. ut supra p. 42.

देवराजं *Deorum regem* c. 2. sing. masc. nomen compositum. **देव** deus, genius, classis inferioris divinitas vel numen, a r. **देव** conj. 1. ludere, joculari, subnexo, vel a r. **दिव** conj. 10. petere, desiderare, conj. 1. amore delectari, conj. 4. ludere, mercari, splendere, gaudere, etc., ubi **अ** addendo **इ** convertitur in **ए**. De **राज** rex v. supra. Deorum vero rex est Indra.

प्रवृष्टं *pluentem*, eum, quum plueret, in c. 2. sing. masc. particip. praet., quod respicit ad accusativum praecedentem. Compositum autem est ex praep. प्र pro, rad. वृष् conj. 1. pluviam fundere, spargere etc. (v. p. 48.) et त् subjecto, quod propter radice ष mutatur in ट. Nil. प्रवृष्टं वर्षाणि प्रवृत्तं pluendo profusum, praeversum.

शरैः *sagittis*, in c. 3. pl. m. a r. शृ conj. 9. laedere etc. affixo अ.

दिव्यैः *coelestibus*, in c. 3. pl. m. adjectivum, respondens voci praecedenti, et formatum a दिव् foem. coelum (rad. v. p. 48.) addendo य adtributionis.

वारितं *inhibitum*, c. 2. sing. masc. participii praet. in forma effectio- nis वारि a r. वृ conj. 1. et 10. claudere, tegere, operire, retardare etc., cui त् participii subjectum est.

अग्नि *Agnim*, ignis deum, c. 2. m. s. a r. अङ्ग conj. 10. notare, signa- re etc. affixo नि, quo उ eliditur, vel a r. अग conj. 1. movere. Uno ex multis Agnis nominibus, धनंजयं per quem ex opibus est victoria, etiam Ardshuna nuncupatur. V. infra. śl. 23. De hoc deo (a quo Vaed- arum primus nempe Rīgvaeda sic exorditur: अग्निमीलेपुरोहितं यज्ञस्य देवम० Agnim veneror pontificem maximum, sacrificii deum etc.), id solum hic addimus, quod pro mytho indico cum per inferiora tum per superiora pervadat numina, et sensus replendo itaque vincen- do illuminet: unde Kandarpa (sensuum Cupido) radio, qui emissus est ex oculo in fronte Śivae posito, Anāṅga, incorporalis, effectus.

तदा *itaque*, igitur, tunc temporis. Cf. p. 44. et 42.

तपितं *satiatum*, placatum, c. 2. s. m. participii praet. a r. तृप् conj. 1. 5. 6. et 10. placare, satisfacere, placere, illuminare, adjecto त्.

खांडवे *Khāṅdava*; in c. 7. s. m. nomen proprium silvae, a r. खड् conj. 1. et 10. frangere; unde inserta nasi litera खाण्ड pars, fragmentum etc. Cf. p. 22.

Śloka 13.

जातुषात् ab exstructo ex lacca, resina; c. 5. s. n. adjectivi, quod spectat ad sequens substantivum. Derivatum est अजतु n., quod idem ac लाक्षा lacca, subjecto ष, quo vocalis prima producitur; अतु vero a r. जट् conj. 1. massam, coagulum formare, irretire etc. Nil. लाक्षा मघात् idem.

वेश्मनः a domo (domo, quae ex lacca fuit exstructa); c. 5. s. n. a radice विश conj. 6. intrare, subjecto मन्, quo इ convertitur in ए. Caeterum वेश्मन् in singularis cas. 1. 2. et 8. habet वेश्म, c. 3. वेश्म ना et sic porro terminationes eidem adhibentur communes, nisi quod, more plurium generis neutrius nominum, pro c. 1. 2. et 8. in du. formetur वेश्मनी in pl. vero वेश्मानि, ac नो mittatur in du. c. 3—5. et in pl. c. 3—5. et 7. Cf. p. 28. 29. et al.

तान् hos; c. 2. pl. m. pronominis तद् (v. tad. decl.), quod hic ut alibi frequenter articuli demonstrativi loco est.

मुक्तान् liberatos, elapsos; c. 2. pl. m. participii praet. a r. मुञ्च conj. 6. liberare, in libertatem vindicare etc. त् juncto च palati abit in क् gutturis. Cf. p. 26.

पार्थान् Pārthas, principes, i. e. Pāṇḍavas; c. 2. pl. m. patronym. a पृथा nomine Kunti matris eorum. Ponendo अ in loco आ primae syllabae ऋ mutatur in आ. Cf. p. 40. et al. Radix nominis est पृथ, de quo p. 43. Idem Ardshunae tribuitur cum quadam excellentia śl. 44., alibi vero etiam soli, igni et aquae. V. Meḍinī Kosham. Cognata eidem sunt nomina पृथु magnus, princeps, पार्थिव qui ex ordine Hindorum secundo militari ac regio est, et alia.

पञ्च *quinque*, numerale indecl. a rad. पञ्च conj. 1. manifestare, patefacere, revelare, explicare, dilucidum facere, maturare, coquere, conj. 10. extendere, diffundere etc. subjecto अ. Cf. p. 21. seq.

कुन्त्या a *Kunti*; in c. 3. s. f. nomen proprium matris Pāṇḍavarum (cf. p. 21.); compositum ex कु et अन्त. कु particula est, qua notatur malum, culpa, nefas, peccatum, vitium, nequitia, deminutio, obstaculum, atque etiam substantivum foem., quod significat terram. अन्त vero finem, limitem, terminum, mortem indicat. In compositione autem अ eliditur; itaque affixo ई efficitur कुन्ती, i. e. ea, per quam est mali finis; praeter alias hujus nominis significationes.

समेतान् *comitatos*, eos quibuscum Kuntī consociata est; in c. 2. pl. m. particip. praet. compositum ex praep. सम् cum, आ ad, apud, et इत् a rad. इ conj. 2. ire.

युक्तं *junctum*, c. 2. s. m. participii praet. a r. युज् c. 2. jungere, unire etc. त affigendo ज palati vertitur in क् gutturis. V. supra.

एषां *eorum*, Pāṇḍavarum, cum iisdem; c. 6. m. pl. pronominis इदम् id. V. tab. decl.

विदुरं *Viduram*, in c. 2. m. s. nomen proprium consiliarii Pāṇḍavarum, ex adjectivo, quod peritum ac sapientem indicat; a r. विद् conj. 2. nosse, conj. 7. investigare etc. et उर subnexo. Hoc et aliis quibusdam radicibus additum nomini tribuit, quod illis denotatur. Accusativus vero hic atque in plurimis hisce śloki pertinet ad यदाश्रीषं quum cognoverim. Idem fuit Pāṇḍī frater.

स्वार्थसिद्धौ *in re propria perficienda*, ad res proprias bene gerendas; in c. 7. s. f. vox comp. ex स्व proprium (p. 34.), अर्थ m. res, caussa, sensus, opes etc., et सिद्धि f. perfectio, cujus radix est सिध् conj. 1. perficere, perfectum reddere, conj. 4. perfectum fieri etc. De ति affixo abstr. v. p. 29. अर्थ autem est a r. अर्थ conj. 10. quaerere etc.

Sloka 14

द्रौपदी *Draupadim*, c. 2. s. f. patronymicum filiae Drupadis (v. p. 45.), cujus nomen द्रुपदि derivatur a द्रु m. arbor, quod radicem habet द्रु conj. 1. solvi, liquescere, fluere etc., et a पद् m. et n. pes, vel a पद vestigium, indicium, signum etc., quorum radix est पद् conj. 4. et 10. ire, vadere, conj. 1. stare. Cf. *Asiat Res. T. XI. 149. seq. ed. in 8.*

रंगमध्ये *in medio campi*; c. 7. s. n. vocis compositae ex रंग m. campus, pugnae campus, locus aciei (रणक्षिति apud *Medinem*, युद्धः apud *Haematshandram*) a र. रग् conj. 1. ire, movere etc., et ex मध्य n. medium.

लक्ष्यं *metam*, c. 2. n. s. V. p. 45.

भित्ति *findendo, frangendo*; particip. praet. indecl. a र. भिद् conj. 7. findere, dividere frangere.

निर्जितां *expugnatam, victoria acquisitam* c. 2. s. f. participii praet. a praep. निर् ex et र. जि vincere, praevalere. V. p. 21. et al.

शूरान् *fortes, heroes*, c. 2. pl. m. a र. शूर conj. 10. fortem, strenuum esse, conj. 4. firmiter stare, fixum manere.

पाञ्चालान् *Pāntshālenses*; in c. 2. pl. m. patronymicum et nomen incolarum regionis exultae. पञ्चाल derivatur a पञ्च quinque (v. p. 50.) et अल, quod multis nominibus fingendis inservit.

पाण्डवेयान् *Pāndāvas*, c. 2. pl. m. patronym. a पाण्डु affixo एय, quo multa patronymica formantur. Cf. p. 21. 22. et 34. शी palati litera sibilans post न inserta propter palati mutam sequentem, ut ष ante cerebri mutam et स ante dentium mutam, si न praecedat.

युक्तान् *junctos*, c. 2. pl. m. particip. a r. युज् V. p. 51. षद्धि-
tum prout paulo ante monuimus.

Nilak. ad h. 1. केवलाअप्यस्माकमजेयाः पाण्डवाः किमुत
पांचालैरतिशूरैः समैता इतिभावः i. e. unici, meis sa-
ne insuperabiles Pāṇḍavae, quid quaeso? ita cum Pāntshālis heroibus
consociati? Hic est sensus.

Śloka 15.

मागधानां *Māgadhensium* c. 6. pl. m.; i. e. incolarum Maga-
dhae regionis, quae Baharae meridionalis, vel, ex quo latius patuit, Anu-
gaṅgae nomen accepit. An *Magadha* vox derivanda ab ea *Magus*,
itaque a r. मह् (v. p. 22.) vel मच् conj. 1. tenere, exaltare, aut poti-
us a मुच् (v. p. 50., unde मुक्ति et मोक्ष liberatio, felicitas), ea fusius
disquirendi hic non est locus. Cf. As. Res. IX. 32. sqq. VIII. 244.
W. Jonesii Opp. T. I. p. 304. sq. ed. Lond. 1709.

वरिष्ठं *principem*, caput, imperatorem; in c. 2. m. s. superlativus
adjectivi वर delectus, excellens, destinatus, cui negotium mandatum
est, a r. वरू conj. 10. deligere, vel वृ conj. 5. et 9. idem. इष्ठ ad-
ditur ad superlativa formanda. वरिष्ठ etiam ponitur pro superlativo
vocis उरु, quod magnum amplumque denotat.

जरासंधं *Dsharāsandham*, in c. 2. s. m. nomen propr. regis In-
diae antiqui ac potentis, qui et fundator imperii Māgadhensis habetur.
Compositum est hoc nomen ex जरा f. senecta a r. जृ conj. 1. 4. 9.
et 10. senescere, decidere etc. et संधा f. status, a praep. सम् cum et
r. धा conj. 3. tenere, sustinere. Unde fit जरासंध qui in statu se-
nectae est. Fuit hic (ut Madhu p. 47.) unus ex novem Kṛishṇāe si-
ve Vishṇī hostibus, quem ipse cum Balarāma fratre suo unitus tandem

Patalipurae in partes scindi jussit. In Haematsh. III. 363. dicitur **मगधेश्वरः** Magadhae dominus, et in Trikaṇḍae II. 8. 23. **वाह द्रुधिः** in magno curru bellator. Cf. As. Res. T. V. 281. VI. 508. IX. 80. 91. sq.

क्षेत्रमध्ये in medio campi, in c. 7. s. n. vox composita ex **क्षेत्र** campus, corpus etc. a r. **क्षि** conj. 6. inhabitare etc., quae **त्रे** (v. p. 25.) assumendo **इ** convertit in **ए**. Cf. p. 52.

ज्वलन्तं fulgurantem, inflammantem, c. 2. s. m. participii praes. a r. **ज्वल** conj. 1. fulgere, ardere, inflammare etc., cui subjectum est **अतः**, v. tab. conj. et decl.

दोषी brachiis (duobus), c. 3. du. m., cujus forma rudis est **दोष** brachium, quae nonnisi vocalem augendo ex radice **दुष** conj. 4. (p. 23.) formatur; casus vero primus **दोः**, 2. **दोषं**, 3. **दोषा** etc. Sed **ष** mutatur in **र** ante terminationes, quarum litera prima est **भ**.

हतं caesum, c. 2. m. particip. praet. a r. **हन** conj. 2., cui **ते** affigendo **ने** radice eliditur. Cf. p. 23.

भीमसेनेन a Bhīmasaena, vel simpliciter, a Bhīma; in c. 3. s. m. nomen propr. unius ex Pāṇḍavis (p. 21.), compositum ex **भीम** n. terror, vel mfn. terrificus, terribilis, quod et Sīvae nomen est, a r. **भी** conj. 3. timere, horrere, addito **म**, quo multa ex radicibus nomina formantur; et ex **सेन**, quod et in genere f. **सेना** exercitum ac copias denotat, et nominibus additum unius virtutem, quae harum potentiae comparatur. Bhīma quidem, Vento patre genitus (**मरुत्युत** Marutis filius), cum ingens robore tum factis fortibus immanibusque celebratus et Gaṅgae cursum prope Haridvāram direxisse fertur. Nuncupatur quoque **नागबल** Nāgabala, elephanti robore instructus, **वृक** lupus, **दरः** terror, **किर्मिरजरसन्धलिडिम्बजित** victor Kirmīrae rakshasae, Dsharasandhae et Hidimbae. Varia adhuc Indiae septentrionalis loca ab ipso nomen gerunt, ut Bhīmaghora, Bhīmatshulla etc., quin

et colossus Bamianensem Bhīmae imaginem esse Hindi asserunt. Sed et गुणाकार nomen habet, i. e. coqui Pāndavarum fratrum suorum, quando in regno Virātāe morabantur. De Ghatotkatsha rākshasa, Bhīmae filio, qui Barbarikae pater dicitur, v. infra śl. 59. Barbarikam autem in Vishnī doctrina secreta initiatum fuisse perhibent. V. Trikāndaek. II. 8. 15. et Haematshandrae III. 37. Cf. As. Res. T. VI. 458. 508. 136. VI. 465.

गत्वा profecto, quam primum ad ipsum accesserat, participium praeteriti indecl. a radice गम् conj. 1. ire, movere. Affixo त्वा radice म् eliditur.

Nilak. ad. h. 1. ज्वलन्तभासमानं दोर्धामिव न शस्त्रोपा
inflammantem, fulgentem, minas jactantem; brachiis solum, absque armis.

Śloka 16.

दिग्जये regionibus occupatis, in provinciae formam redactis c. 7. s. m. vocabuli compositi. दिश् f. regio mundi, spatium, provincia etc. in compositione et quibusdam casibus literam sibilantem ultimam mutat in eam gutturis, quae sequenti consentanea est. Radicem habet दिश् conj. 6. monstrare, indicare, signare, abundanter dare. De जय v. p. 21. 26. Ejusmodi compositio frequens, sic रजय morbi depulsio. पाण्डुपुत्रैः a Pāndi filiis, c. 3. pl. m. V. p. 21. sq.

वशीकृतान् in potestatem redactos, potestati subjectos; in c. 2. pl. m. participium praet. compositum ex वशी et कृत. वशी forma indeclinabilis ficta est ex वश m. voluntas, arbitrium, potestas a र. वश conj. 2. velle, optare, desiderare, et अ subjecto. Ejusmodi formae, quae oriuntur mutando ultimam vocum. si sit अ, आ vel इ, in ई, si उ,

in उ, si ऋ, in री, nunquam non copulantur cum verbis अस्र esse, भू fieri, कृ facere, ut novum rei vel personae adtributum, statum, proprietatem aut rationem expriment.

भूमिपालान् *terrarum principes, custodes, servatores, altores* vel etiam bellatores regios, idem ac भूषान् Kshattrios, in c. 2. pl. m. nomen compositum ex भूमि f. terra (item ac भू foem., a r. भू conj. 1. fieri, existere, conj. 10. adipisci, cogitare, meditari, purificare miscere, de quo alibi) et ex पाल a r. पाल् conj. 10. conservare etc. Cognatum भूमि est भूमन् m. (in casu 1. भूमा abundantia, copia) quod a बहु multum derivatur, hoc autem a r. बहु conj. 1. increscere.

प्रसह्य *praevalendo, etc.* V. p. 46. Nil. दाडिनैवनतुभेद दिना acie ad lineam continuam instructa, non autem divisione aliisve modis, qui in libris Hindorum de arte bellica explicantur, e. c. भोगेन columnis, माडलेन circulo, असंलतेन forma falcata etc.).

महाक्रतुं *sacrificium magnum*, in c. 2. s. m. substantivum compositum cum adjectivo suo, quae forma, valde frequens, Karmadhāri vocatur. De महा v. p. 22. sq. क्रतु vero derivatur a r. कृ conj. 5. caedere, violare et तु subnexo, quo plurima ex radicibus nomina formantur, quae vid. in Siddhanta Kaumudi p. 191. b.

राजसूयं *Rādshasūjam*. V. supra śl. 6. कृतं factum, a r. कृ conj. 8. facere. Cf. p. 55.

Śloka 17.

अश्रुकांठी *obmutescentem, ipsam, cui vox singultibus in guttore suppressa, in c. 2. s. f. adjectivum, quod respicit ad Draupadim, compositum ad formam vahuvṛīhi ex अश्रु sono expers (a priv. अ et श्रु. p. 27. sq.), quod audiri nequit, obmutescens, ac subst. कांठी mfn. guttur,*

cujus foem. काठी vel काठा, radix autem est काण conj. 1. sonare in primis in afflictatione, ac ठ subjectum. Siddhanta Kaum. p. 192. b.

सभा in coetum, c. 2. s. f. V. p. 35. Nam verba movendi aliquo, ut sequens, secundum loci casum postulant.

नीता ductam in s. f. participii praet. casus 2., qui cum adtributis sequentibus pertinet ad द्रौपदीम nomen subst., quod regitur a यदश्रौषं ab initio ślokae. Radix verbi est णी conj. 1. ducere.

दुःखितां sollicitam, afflictam, metu mali affectam, malo perturbatam, violentia confusam; in c. 2. s. f. part. pr. compositum ex दुर् male (cf. p. 23.) et खिता r. खे conj. 1. cura affici, affligi, dolere, deplorare.

एकवसां una veste indutam, in c. 2. s. f. adjectivum compositum ex एक unus, numerali, quod et pronominalibus adnumeratur, et वस n. vestimentum, pannus.

Hoc a वस conj. 2. tegere, velare, annexo ञे p. 25.; एक autem derivatur ab ई nomine Kāmadēvae et irae, vel ई, quod cum idem significat, tum Lakshmis (quae naturae dea) nomen est, atque etiam cogitationem, perceptionem, conscientiam denotat. ईquippe aut ई (a र. ई conj. 2. ire, vel ई conj. 2. desiderare, ire, pervadere) adtributionis के subjecto ex usu frequenti mutatur in ए.

Cf. Trikaṇḍae et Maedinis Koshas.

रजस्वलां eam, quum in menstruis esset, in c. 2. s. f. adjectivum a रजस n. menstrua mulieris, pulvis florum, trium naturae qualitatum (गुणा) media, scil. adfectus; cujus radix est रज conj. 1. amore adfectum esse, colorare, tingere etc., अस subjecto. बल vero diversis additur nominibus ad notandam copiam ac plenitatem, quam quis rei aliquis possideat. Derivatur autem a बल conj. 1. et 10. firmare, roborare, sustinere, nutrire, dare etc.

नाथवतीम् *maritatum*, viro (5. viris) nuptam, in c. 2. s. f. ad-
jectivum, formatum ex नाथ m. maritus, vir, dominus, affixo वत् (m.
वान् f. वती n. वत्), quod ad multa nomina possidendi usurpatur.
नाथ vero radicem habet नाथ conj. 1. nobilem, generosum esse, ad-
spirare, secundare, petere, turbare, dolore adficere etc.

अनाथवत् *instar non nuptae*, adverbium, quod respicit ad नीतां
componitur autem ex अनाथ maritum non habens (a privat. अ et नाथ)
et ex वत्, quod ad similitudinem exprimendam vocibus affigitur.

Nilak. ad h. śl. पतिव्रताकोपात् पाण्डवानां क्षोभाच्च
नष्टा जयशैत्यः i. e. Mulieris a maritis suis vindicatae indignati-
one ac ira Pāṇḍavarumque perturbatione destructa est victoriae spes.

Śloka 18.

वाससां *pannorum* (vestimenti Draupadis), c. 6. pl. n. nominis
subst. वासस pannus, vestis, a r. वस (v. supra), cujus अ, subjiciendo
अस, producitur.

तत्र *ibidem*. V. p. 38. sq.

राशिं *cumulum*, acervum, multum, c. 2. s. mf., a r. राश conj.
4. sonare, strepitum facere.

समाक्षिपत् *coacervavit*, conjecit, conguessit, pers. 3. s. praeteriti,
a praep. सम cum, अल ad, apud et a r. क्षिप conj. 4. et 6. jacere.

Nilak: वाससां आवृत्त्य । महिमत्वात् द्रौपद्याः नास्माकं
जयः i. e. coniectis vestimentis, propter magnitudinem Draupadis,
nulla meorum. victoria.

कितवः *procax*, protervus, nequam, petulans, c. 1. s. m. nomen
compositum ex किम् quid? et तव tui (c. 6. s. pronominis युष्मद्)
i. e. quae tua sponsio? quid deponis? Quaestio lusori temerario

usitata ut nomen ita quaerentis inclinatur. Hinc Nīlakanṭhāe कितवः
est आक्षिकः धूर्तः aleator fraudulentus. Verum etiam denotat om-
nem procacem, dissolutum etc.

मन्दबुद्धिः infatuatus, mente turbatus, animi insipientis; in c. 1.
s. m. adjectivum compositum ex मन्द stupidus inebriatus etc., quod
radicem habet मद् conj. 1. stupidum esse, inebriari etc. (cf. p. 27. et
22.) et ex बुद्धि, de quo vid. p. 29.

दुःशासनः Duh-sāsana, c. 1. s. m. nominis proprii, ab epitheto
composito ex दुर् (v. p. 23.) et शासन n. imperium, jussum, praecep-
tum vel imperans (a शास conj. 2. imperare, jubere, regere etc., cui
additum अन v. p. 21.). Verbo tenus: qui mali imperii est. De Duh-sā-
sana cf. śl. 64. et 66.

गतवान् adsequutus, potitus, qui adtigit, pervenit (ivit); c. 1. s.
m. participii praeter. act., quod fictum est ex r. गम् (v. p. 55.), et ad
Duh-sāsanam respicit.

न एव च neque tamen, et nihilo minus non; tres particulae.
V. supra.

अन्तं finem, propositum; c. 2. s. m. a r. अत् conj. 1. ligare, limi-
tare, claudere, includere etc., quae, dum formatur, more plurium lite-
ram nasi adsumit. Cf. p. 22. et al.

Constructio hujus ślokae est: Quum cognoverim, qui Duh-sāsana
procax ac infatuatus Draupadis vestimenta conjecerit, neque tamen
ad finem pervenerit, nulla mihi amplius ex victoria spes.

Śloka 19.

हतराज्यं regno privatum, eum, cui imperium ademptum, c. 2.
s. m. adjectivi, quod pertinet ad nomen sequens. Componitur in modum

धृतराष्ट्र, de quo supra p. 25. हत particip. praet. pass. radicem habet ह् conj. 1. capere, eripere, auferre etc. (cf. p. 43.); राज्य n. regimen, radicem राज् et य abstractorum subnexum.

युधिष्ठिरं Judhishtthiram, c. 2. s. m. nomen proprium, quod notat in pugna firmum, fortem; compositum ex युधि (in casu 7. vocis युध् f. bellum, praelium, a र. युध्; q. v. p. 23.) et स्थिर stabilis, constans, a radice स्था conj. 1. stare, morari etc., cujus आ, ut alias fieri solet, eliditur, subjecto इर adtributionis etc. Integri vocabuli compositio ad tatpurushae quidem classem (p. 21.) pertinet; attamen non formam rudem retinendo, sed admittendo casus 7. terminationem, prout nomina solent, quae in consonantem vel अ desinunt; e. c. अप्सु योनि ex aquis natus, दिविज in coelo genitus. Judhishtthira post Karnām (p. 24.) genitus कर्णानुज, Pāṇḍavarum frater natu maximus, fuit धर्मपुत्र filius Dharmae, qui deus est religionis, virtutis, justitiae seu complexionis omnium, quae congruunt, naturae et spiritus legum. Hinc et अजमीठ vocatur, i. e. emissus ab aeterno, अज, qui non natus est. अज autem nomen est Vishnī, Sīvae, Brahmae, et Kamadaevae. Cf. Trikaṇḍae II. 8. 14. Haemathsh. III. 371. As. Res. IX. 88. sq.

परजितं devictum, superatum; c. 2. s. m. participii praet., qui spectat ad vocem praec. Componitur ex praep. परा de—, re— et र. जि. V. p. 21.

सौबलेन a Saubala; c. 3. s. m. nominis propr. Sakunis regis Ghāndhārae, patronymicum, a सुबल (ut द्रौपदी p. 52.) formatum, quod componitur ex सु valde etc. (p. 22.) et ex बल fortis, robustus, validus, firmus, a र. बल्. V. p. 57. 24. 37. et infra śl. 68.

अक्षवत्यां in aleae lusu, in c. 7. s. f. nomen subst. formatum ex अक्ष alea et वती, quo addito varia nomina generis foeminiini finguntur, ut वान् masculini et वत् neutrius. De hoc lusu v. p. 38.

अन्वगतं *consociatum*, comitantibus eum, vel, quem emigrantem prosequuti sunt; c. 2. s. m. participii praet. pass., qui respicit ad Judhisht'hiram, quem, quia lusu regnum amisserat, in solitudinem secedere, ibique in annos duodecim commorari oportuit. V. śl. 8. Vox est composita ex praep. अनु post et आ ad, apud, qua posteriori praefixa ग्म ire (v. supra) verbum veniendi efficitur. Nilakantha illam interpretatur per अनुगतं omittendo आ.

भ्रातृभिः *fratribus*, c. 3. pl. m. nominis भ्रातृ, quod deducitur a र. भृ conj. 9. sustinere, nutrire, vituperare, reprehendere etc. et तृ subnexo, quo illius ऋ mutatur in रा. Inclinator vero in casus ut पितृ in tab. decl.

अप्रमेयैः *haud comparandis*, eximiis; in c. 3. pl. m. adjectivum, quod spectat ad substantivum praec. Deducitur autem a privativo अ, praep. प्र prae, ante, et र. मा conj. 2. 3. et 4. mensurare, metiri, cujus participium futuri pass. in य, ut omnium, quae in आ vel in diphthongum desinunt, formatur ponendo ए in locum finalis. Ex dictis प्र et मा componitur प्रमा f. exemplum etc., unde sensus vocabuli illius satis patet.

Śloka 20.

विविधाः *varias*, plures; in c. 2. pl. f. adjectivum, a praep. वि (v. p. 31.), radice विध् conj. 6. dividere, separare, et अ subjecto; refertur ad substantivum, quod sequitur.

चेष्टाः *contentiones*, studia, conatus etc. c. 2. pl. f. nomin. subst. a र. चेष्ट conj. 1. contendere, studere, conari, niti etc., cui additum आ, quo multa foeminini generis nomina finguntur. Nil. चेष्टाः वाङ्मीक्षणाद्याः studia, spectacula et alia.

धर्मात्मानां *virtutis spiritu animatorum*, qui religionis spiritu pleni, excitati erant; in c. 6. pl. m. adjectivum compositum ex **धर्म** m. et n. virtus (v. p. 60.), et **आत्मन्** m. spiritus. Radix primi est **धृ** conj. 1. 6. et 10. firmiter tenere, fortem firmumque stare etc., quae **म** adsumendo ut alias. - **ऋ** convertit in **अरू**. Hinc **धर्म** proprie est mensura virtutis. cui excolendae persona quaevis individua per naturam suam par est, et qua, cuius propria, exercenda ut teneatur atque ligetur oportet. Inde diversae hujus vocabuli significationes deducendae. **आत्मन्** vero efficitur ex r. **अत्** conj. 1. perpetuo movere, ligare, cui **मन्** (p. 50.) affigendo **अ** producitur. Unde **आत्मन्** qui semper se ipsum spirat; atque hic hujus vocis sensus primitivus est. Quare Deus primus (Kamadaeva, Brahma) **आत्मन्** nuncupatur, nempe: qui a se ipso sive a spiritu est. Principium autem vitae etiam in quovis animali ac planta ut omnis anima ac mens aut quod ipsum **स्व** vel personam cujusvis propriam dicimus, **आत्मन्** est. Cf. Trikaṇḍae I. 1. 113 sq. et al.

प्रस्थितानां *profectorum*, in c. 6. pl. m. partic. praet., a praep. **प्र** pro, ultro, porro, et a r. **ष्ठा** conj. 1. stare (p. 47. et 60.), in quo pro **त्** participii **इत्** addito **आ** eliditur.

वनाय *in deserta*, solitudinem, eremum, in c. 4. s. n. a r. **वन्** conj. 1. vel 10. calefacere, sonare, servire etc.

ज्येष्ठप्रिया *amore in maximum natu*; c. 3. s. f. subst. compositi ex superlativo **ज्येष्ठ** natu maximus, optimus, a r. **ज्या** conj. 9. aetate provehi, senescere etc. ac **इष्ठ** superl. affixo. De reliq. v. p. 32.

क्लिश्यतां *in angustia versantium* c. 6. pl. m. participii praes., quod spectat ad nomen seq. Radix ejusdem est **क्लिश्** conj. 4. et 9. angustia laborare, dolore angi, molestiam habere. Draupadi vero in primis excitavit maritum suum seniore, ut rupto pacto ignominioso ante 12 annos exactos deserta relinqueret. Cf. As. Res. X. 430.

Śloka 21.

स्नातकानां *aqua purificatorum*, eorum qui lavando puri, studiis, literis initiati sunt, c. 6. pl. m. adjectivi, a र. षाण् conj. 2. lavando purificare, abluere etc. के subjecto multa adjectiva formantur.

सहस्रैः *millibus*, c. 3. pl. m. vel n. Neutrius enim generis sunt omnes numeri a centum शत et ultra, qui centum excedunt, si कोटिः f. centum millia excipias; masc. simul sunt शत 100, सहस्र 1000 etc.; foem. solum omnes a 20 usque 90. In illo सह est praep. cum, una et सृ radix conj. 1. 3. et 10. movere, extendere, diffundere etc.

अन्वागतं *consociatum*. V. supra p. 61.

धर्मराजं *Dharmarādsham*, justitiae regem, i. e. Judhishtīram (v. supra), c. 2. s. m. epitheti compositi ex धर्म (v. supra) et राजन् (cf. p. 33.), quod in compositione न् finale amittit.

वनस्थं *in desertis commorantem*, in c. 2. s. m. adjectivum compositum ex वन et स्थ, de quibus supra.

भिक्षाभुजां *mendicando viventium*, c. 6. pl. m. adjectivi comp. ex भिक्षा f. mendicatio, beneficium, a र. भिक्षु conj. 1. mendicare, cui आ foem. additum (v. supra), et ex भुज conj. 7. alere, nutrire, sustentare, edere, frui etc. Edens vero sustentans etc. ipsa radice notatur, sine ulla ejusdem mutatione. भिक्षाभुज idem est ac भिक्षु unus ex quarto Brāhmanum ordine religioso, alias संन्यासी dictus, a संन्यासम्, quod est कात्यानाङ्कर्मणां न्यासं actionum desiderabilium levatio ac servatio (repositio in uno, interno).

ब्राह्मणानां *Brāhmanum*, in c. 6. pl. m. nomen sapientum, quibus Hindorum ordo primus constituitur. Inclinatam est अब्रह्मन् n. (in c. 1 अब्रह्मन्) Deus, scientia, veritas, cognitio vera, devotio etc., vel m.

(in c. 1 ब्रह्मा) creator etc., quod derivatur a वृह् conj. 6. laborare, niti, contendere, conj. 1. et 10. sonare, loqui, increscere, magnum esse, lucere etc., cujus कृ, adjecto मन, conversum est in अ. In ब्रह्मन vero subnexo अ, quo tribuitur possessio alicujus, conjunctio, cognatio cum aliquo etc., अ primum producitur. Unde ब्राह्मणाः principio significat cum deo cognatum atque conjunctum.

महात्मनां magnanimorum, eorum, qui magni animi vel qui spiritu magni sunt; in c. 6. pl. m. adjectivum compos. ex महत् (v. p. 22. sq.) et आत्मन् v. p. 62.

Nilak. ad h. 1. ब्राह्मणानुग्रहादपितेषामिवजयमित्याह ॥
यदाश्रीषंस्नातकानामितिदुःखाभ्यां ॥ स्नातकाः
समापितविद्याव्रताः i. e. Brāhmanum quidem comitatu ac favore (societate et auxilio) eorum sane victoriam indicat; unde dicit: quum cognoverim ablutorum etc.; qui vero duplicis generis erant (उभयस्नातकाः). Nam purificatis aqua hic denotantur illi, a quibus absoluta sunt cum spectationis probationisque tempus, (व्रतस्नातकाः) tum literarum vaedicarum studia (विद्यास्नातकाः).

Śloka 22.

देवदेवं Deorum deum, in c. 2. s. m. Śivae nomen compositum.

V. p. 48.

किरातरूपं in Kirātae speciem transformatum, c. 2. s. m. adjectivi compositi ex किरात nomine gentis barbarae pastorum venatorumque, qui in montibus Indiae septentrionalis prope Kailāsam degere dicuntur, et रूप n. forma, habitus, species, figura, pulchritudo, vel adject. mfn. similis a r. रूप conj. 10. formare, figurare pulchriori reddere etc. किरात vero, quod etiam pumilionem, pygmaeum

(अल्पतनु) denotat, derivatur a r. कृ conj. 6. dissipare, dispergere, disjicere etc. vel conj. 9. violare, laedere, subjecto अत qui vadit etc., a r. अतq. v. supra. किरातरूप etiam significare potest Kirātam pulchrum, formosum. किराती vero et पार्वती Śivae uxor et गंगा vocantur. Ardshuna autem non ante severas religionis exercitationes peractas et ante superatum in pugna Śivam Kirātam ab hoc telum contra Durjodhanam accepit. Argumentum hoc operis est indici singularis किरातार्जुनीय, cujus auctor भारवी, quodque in praestantissimis Hindorum poematibus numeratur. Typis editum fuit primo Kalkuttæ 1814 cum मल्लिनाथ commentario. Cf. Maedin. I. As. Res. III. 319. sqq. VIII. 337. sqq. X. 408. sq.

त्र्यम्बकं tribus oculis instructum, in c. 2. m. s. epitheton Śivae, qui tertium in fronte oculum habet, compos. ex त्रि tres et अम्बक n. oculus (Trikaṇḍ. II. 6. 30., ubi oculus etiam dicitur दैवदीप lampas divina) ab अम्ब conj. 1. movere etc., cui subjectum adtributorum क.

तोष्यं eum (Ardshunam), quum (Śivam) delectando parem se praestaret; in c. 2. s. m. participii fut. pass. forma, quae crebro et alios admittit significatus, e. c. alicujus parís, capacis, habilis, apti, compositis etc.; hic vero et activi vim habet, a r. तुष conj. 4. delectare, delectari, gaudere. Vel: Śivam delectandum, dantem Pāsūpatum.

युद्धे in pugna; c. 7. s. n. participii praeteriti, quod frequenter substantivi locum tenet. Cf. p. 23. 29. et 31.

अवाप्तवन्तं adeptum, consequutum, participii praet. indefn. act., a praep. अव ab, deorsum, ultro etc. et r. आप conj. 1. et 10. acquirere, conj. 5. occupare, possidere. Vox haec spectat ad Ardshunam.

पाशुपतं Pāsūpatum, c. 2. s. n. telum, armorum genus, a Śiva sic dictum. Nam पशुपति (a पशु m. animal quodvis, equus etc., ac पति m. dominus) animalium dominus, hujus dei nomen est, qui et

Kulherae dominus, cūjus servi capita habent equina. Ejusmodi derivatorum inclinatio frequenter fit addito in fine अ, quo eliditur vocalis ultima, ea vero primae syllabae producitur. पशु radicem habet पश conj. 1. et 10. ligare, cohibere, vincire, tangere, ire, cui affixum est उ; पति autem r. पत् conj. 1. 4. et 10. nobilem, opulentum esse, movere etc. Cf. Rāmājanae II. 43. 5. Accusativus hic regitur a participio praeced.

महास्त्रं telum magnum, potens, c. 2. s. n. subst. compos. ex महत् (v. p. 22.) et अस्त्रं telum, armorum omne genus, a r. अस conj. 4. jacere, jactare, torquere, mittere etc., addito च instrumenti. Cf. p. 25. Vocabulum hoc fictum ad formam frequentem, quae, quum adjectivum cum substantivo suo conjungit, Karmadhāra dicitur, praecedentis est adpositio. Cf. p. 56.

Ślokae huic plures accusativi difficultatem aliquam adferre videntur. Sensus est: Quum cognoverim Ardshunam Paśupati, telo, potitum, quippe qui in pugna par esset delectando deorum deum, tribus oculis instructum, dum in Kirātae habitu appareret; etc. Ardshuna plura a diis arma contra Durjodhanam accepit, in quibus a Śiva unum, alterum ab Indra. Armorum ejusmodi coelestium denominationem satis longam v. in Rāmājanae I. 26. Nīlakantha ad h. l. habet चतुर्भिर जुनश्यामानुषी शक्ति दर्शिता quatuor (ślokis a 22. usque 25.) Ardshunae potentia vires humanas excedens demonstratur. Cf. p. 47. 49. In Haematshandrae III. 372. sqq. Ardshunae sexdecim nomina occurrunt in Trikaṇḍae II. 8. 16. alia adhuc tria, inter quae शब्दभेदी sonum dividens.

Si avāp in sensu dandi sumatur, cum duobus accusativis constructum refertur ad Śivam.

Śloka 23.

त्रिदिवस्य in coelo commorantem; in c. 2. s. m. adjectivum, quod spectat ad vocem seq., compositum ex त्रिदिव n. coelum et स्य stans, morans etc. a र. षा ut supra. In त्रिदिव vero conjuncta sunt त्रि tres et दिव coelum, a दिव v. p. 48. Trinum Hindis est coelum ut Deus trinus.

धनंजयं Dhanandshajam i. e. Ardshunam, c. 2. s. m. nominis propr., quod epithetum compositum est ex धन n. substantia, res, opes (a र. धन conj. 2. proferre fruges, frumentum, orizam, conj. 1. sonare) et जि, (v. p. 22. et 26.), quod in compositione nasi literam inseri postulat, ut quaedam aliae radices, de quibus v. Siddhanta Kaumudi 180. b. Cf. supra p. 49.

शक्रात् a Śakra, c. 5. s. m. nominis Indrae, a र. शक conj. 5. esse parem, aptum, capacem, conj. 4. ferre, conj. 1. timere, dubitare; cui र subjectum, quo multa ex radicibus nomina finguntur, quae v. in Siddh. Kaum. 194. a.

साक्षात् coram, in coram, ab ipso, ante oculos, in conspectu; adverbium compositum ex स, pro सह, cum, in cujus loco in compositione plerumque ponitur, et अक्ष n. sensuum organum, oculus etc. subjecto आत् signo casus 5. sing., quo et indeclinabilia formantur.

दिव्यमस्रं telum coeleste, cf. p. 49. et 66. Hujus teli nomen est गांडिव, unde Ardshuna गांडीवी dictus. Cf. śl. 40. et 55. infra.

यथावत् quatenus, quantum, quoad; adverbium compos. ex यथा (a यद् quod, et था v. p. 24.) ac वत्, quo fiunt similitudinis rationisque indeclinabilia. Cf. p. 25.

अधीयानं *accipientem*, (vernacule, *überkommend*), discentem; c. 2. s. m. partic. praes. verbi medii; a praep. अधि *super*, sursum, et r. इ conj. 2. ire, quae alias, si cum अधि copulatur, hujus praepositionis इ producto, vim habet studendi, discendi etc.

शंसितं *celebratum*, c. 2. s. m. participii praet. a r. शंस conj. 1. celebrare, praedicare, laudare, dicere etc. Nil. प्रशस्यं praedicandum. सत्यसंधं *veritati conjunctum*; in c. 2. s. m. adjectivum compos. ex सत्य n. veritas, verum, prima mundi aetas (a सत् quod est, verum, rectum, sapiens, etc., addito य abstractorum), et संधि f. unio, junctio, vel संधा f. promissio, fides (a सं cum et धा conj. 3. tenere, servare). Nil. अवितथप्रतिज्ञं eum, qui fidem non fallit.

S l o k a 24.

कालकेयाः *Kālakaējāe* (gigantum genus), c. 1. pl. m. patronymici a कालका matre Daitjarum, sive Titanum, quod derivatur a काल tempus, Śiva, Jama, mors, nigrum etc., hoc autem a r. कल conj. 1. numerare, ratiocinari, computare conj. 10. etiam jactare. क subjecto efficiuntur verba pertinendi, respiciendi, continendi; patronymica vero एय addito generis plerumque foeminini verbis in अ, इ, उ, vel in easdem literas productas, quae vero omnes eliduntur. Cf. p. 52. Ob praedicentis sensum in hoc śloka, neglecto constructionis nexu, nominativus positus est pro accusativo, quare et demonstrationis ते additum.

ततः *exinde*, deinde, itaque, tum etc. Cf. p. 40.

ते *hi*, pronom. तद्. Cf. p. 50.

पौलोमानः *Paulomānae*, c. 1. pl. m. a patronymico पुलो मन, qui hoc nomen gessit a matre पुलोमा sive शची, Indrae uxore.

वरदानात् *eximio munere*, dono favoris prospero, in c. 5. s. n. substantivum compos. ex वर m. favor, gratia, mn. destinatio, electio, adducendi facultas, mfn. v. p. 53. et दान n. donum, munus, a r. दा conj. 1. et 3. dare vel a r. दान् conj. 1. dare.

दृष्टाः *gavisi*, c. 1. pl. m. participii praet., quod spectat ad nominativum praeced., a r. दृप् conj. 4. gaudere, superbire, conj. 1. et 10. lucere.

देवैः *dīs*, c. 3. pl. m. V. p. 48.

अजेयाः *non vincendi*, invicti, insuperabiles, c. 1. pl. m. a privativo अ et participio fut. pass. verbi जि vincere. Cf. p. 21. 61. et 65.

निर्जिताः *expugnati*, c. 1. pl. m. Cf. p. 52.

Śloka 25.

असुराणां *Asurarum*, deorum infernorum, c. 6. pl. m. a r. अस conj. 4. jactare (cf. p. 66.), conj. 2. esse, conj. 1. lucere, capere, et उर subnexo, quo multa nomina efficiuntur; vel ab अ privativo et सुराः dii superi, cujus radix est सुर conj. 6. magnificum, splendidum esse, lucere; vel a सु (p. 22.) addito र. Asuri, qui deorum infernorum primum constituunt ordinem, sunt filii Ditis (दिति सुताः vel दैत्याः), ipsi dii priores पुर्वदेवाः, superiorum sive Surarum hostes सुरद्वेषः, Śukrae vel Kavis discipuli शुक्रशिष्याः etc., et दानवाः dicuntur a दनु matris nomine, ac primi numerantur inter deos infernos, quibus Śiva praest, in quibus sunt नागाः serpentes, तदितः fulgura, वह्नयः ignes, देवयोनयः Deorum origines, तनिताः extensi, diffusi, aestum patientes, कुमारान्ताः a juvene rege caesi, vel, quibus a regis filio mors. कुमारः vero cum quadam excellentia nuncupatur कार्तिकेयः Śivae filius, alias, in sermone

theatrali, regis filius juvenis, qui regni haeres est, aut successor destinatus et socius imperii.

वधायै (Asuras) *caedendi caussa*, subigendi consilio, in c. 7. s. m. vox composita ex **वध** superatio etc. a r. **वध** conj. 1. caedere, concidere et **अर्थ** m. caussa, finis, propositum, consilium, sensus, petitio, res, etc. a r. **अर्थ** conj. 10. petere, quaerere etc.

किरीटिनं *Kiritinam*; i. e. cristatum in c. 2. s. m. epithetum Ardshunae, a **किरीट** mn. crista, apex, insigne diademati vel tiarae impositum, et **इन्** adtributionis affixo. **किरीट** autem derivatur a **कृ** conj. 6., spargere (e. c. margaritas, gemmas, flores), dispergere, et **कीट** a r. **कीट** conj. 10. ligare, pingere etc. **किरीट** Ardshunae cum Agni communis erat.

यान्तं *euntem*, profectum; c. 2. s. m. participii praes. activi a r. **या** conj. 2. ire, consequi.

अमित्रकर्शनं *inimicos conterentem*, c. 2. s. m. adjectivi compositi ex **अमित्र** hostis et **कर्शनं** conterens, obtritus, a r. **कृश** conj. 4. conterere, comminuere. deminuere, extenuare, **अन** subjecto (p. 23). **अमित्र** vero deducitur a privativo **अ** et **मित्र** n. amicus, socius, m. sol, a r. **मिद्** conj. 1. ex amore voluptatem capere, intelligere, caedere, sacrificare etc., cui **त्रे** subjectum. Cf. p. 25.

कृतार्थं *eum, quum propositum adsequutus esset* (a quo propositum peractum est), c. 2. s. m. adjectivi compos. ex particip. praet. pass. **कृत** factum, peractum, a r. **कृ**, et ex **अर्थ**, de quo supra. Cf. p. 25.

च अपि *atque etiam*, adeo, quoque.

आगतं *reversum*, c. 2. s. m. participii praet. a praep. **आ** ad, qua radici **गम्** conj. 1. ire veniendi sensus tribuitur.

शक्रलोकात् *ex Indrae mundo*, in c. 5. s. m. substantivum compositum ex **शक्र** Indrae nomine (v. supra) et **लोक** m. mundus, a r.

लोकं conj. 1. videre, adspicere, conj. 10. lucere, fulgere, loqui etc. vel a r. लोचं ejusdem significationis. Mundus Indrae est coelum inferius.

Śloka 26.

वैश्रवाणं cum Vaisravaṇa, in c. 3. s. m. patronymicum Kubae-
rae, a patre ejus विश्रवस् Muni celebri, cujus vocalis prima conver-
sa augetur, dum अ in fine additur. Munis nomen vero denotat cele-
bratum, et derivatur a praep. वि, quae indicat distinctionem, diffusi-
onem etc. (q. v. supra), et श्रवस् n. auditus, auris, a r. श्रु (v. p. 22.),
cui असु subnexum. Casus autem tertius regitur a praepositione
seq. साद्धे. Vaisravaṇa saepius nuncupatur कुबेर, qui abscondita mo-
vet, occulta urget (alias कुबेर deformis); गुह्यकेश्वर deorum occul-
tantium dominus (Śiva est गुह्यगुरु arcanorum doctor et filius Śivae,
Karttikaeja गुरु celans); अम्बकसख Śivae amicus, vel ईशेश्वर
idem; मनुष्यधर्म a quo hominibus Dharma (cf. p. 62.); पापजनेश्वर
gentium purarum dominus; यक्षराज Jaksharum (daemonum) rex; कि-
न्नरेश dominus Kinnararum i. e. musicorum historicorumque coeles-
tium (किन्नर idem ac किम्पुरुष qualis homo?); नरवाहन cu-
jus vehiculum est homo; इच्छावसु a quo desiderii copia; धनाधि-
प vel धनेश्वर opum, substantiarum divitiarumque dominus; श्रीद
copiam et prosperitatem impertiens; धनद opes tribuens etc. Haud
raro conjungitur cum Śiva et Śrī abundantiae et prosperitatis dea, qui-
buscum, inferior tamen illis, in कैलास montis Maeru regione septen-
trionali, (ipse in अलका urbe magna, in पुष्पक throno floribus ornato)
sedem habet. Sic Rāmāj. I. 1. 37. sq. श्रीमद्विस्तैस्त्रिभिः साद्धे
चित्रकूटोराजसः अधिष्ठितो यथा मेरुः श्रीवैश्रवाणाशुः

करैः i. e. Tshitrakūta mons his tribus (Rāma, Lakshmanā et Sīta) respresnduit, ut Maeru, qua sedes Śaṅkarāe (i. e. Śivāe), Vaisravanāe et Śrī. Ipse est उत्तरदेशपति mundi regionis septentrionalis dominus, et frater regis Sailanensis, qui Rakshasarum (generis gigantum) imperator fertur. Adhuc cum Durga colitur. Sed alibi plura hac de re, quamque rationem ad Kubaeram Kabiri Samothracii habere possint.

साद्ध cum, a स (pro सह) cum, अद्ध pars, dimidium, et म् casus secundi affixo; quo multa indeclinabilia efficiuntur. अद्ध radicem habet ऋध conj. 4. et 5. increscere.

समागतं comitatum, consociatum, c. 2. s. m. participii praet. a praep. सम् cum, आ ad et र. गम्. Cf. p. 61. etc.

भीमं Bhīmam, c. 2. s. m. nominis proprii. V. p. 54.

अन्यान् शच पार्थान् aliosque Pārthas, i. e. Pāṅdavas, c. 2. pl. m. Cf. p. 50. et 52.

तस्मिन्देशे in regione c. 7. s. m. a pron. तद्, quod et hic articuli demonstr. loco est (v. p. 50.), et र. दिश p. 55.

मानुषाणां hominum, c. 6. pl. m. patronym. a मनु Manu, qui, Brahmae filius hominumque progenitor, primam his legem scripsit (radix ejusdem est मन p. 23. unde et मनसमस), et ष subjecto, quo vocalis prima augetur.

अगम्ये inaccessa, in ea, quae aditui non patet, c. 7. s. m. respicit ad देशे, a priv. अ. r. गम् ire et य partic. futuri. V. p. 55. et 65.

Śloka 27.

घोषयात्रागतानां in Ghoshajātram profectorum, in c. 6. pl. m. adject. compos. ex घोषयात्रा pastorum regio (?) et आगत.

Kuravarum peregrinatio, quam religionis servandae ac demonstrandae virtutis caussa susceperunt. Cf. p. 61.

बन्धं *captivitatem*, vincula, c. 2. s. m. a r. बध् conj. 9. et 10. ligare, vincire, cui अ subjectum.

गान्धारिभ्यः *Gāndharbis* (qui Dhārttarāshtras coeperunt), in c. 3. pl. m. nomen propr. compos. ex गन्ध (v. p. 37. sq.) et अर्षि conj. 1. ire, violare. Gāndharbae dicuntur semidei, qui, Kubaerae servorum instar, equinis instructi capitibus, in mundo Indrae musici sunt coelestes; verum etiam verbi divini investigatores, manes quoque; quin et sol hoc nomine compellatur. De Gāndharbarum gente cf. As. Res. VIII. 369. sqq. The seven towns of the Gandharvas full of men and women. This is a peculiar tribe of the Gandharvas, called *Agnejas*, fire men, or rather artificers by fire, very strong and of mighty deeds. They are the servants of the Cuveras or Guhjas, whose principal employment is to explore the bowels of the earth in search of wealth. Ib. 373.

मोक्षणां *liberationem* (ab Ardshuno cum Pāndavis effectam), c. 2. s. n. a r. मोक्ष conj. 1. et 10. liberare, vindicare, jactare etc., cui additum अन. Cf. p. 23.

स्वेषां सुतानां *filiorum propriorum* (meorum), c. 6. pl. m. V. p. 31.

कर्णाबुद्धौ (in) *Karṇāe sapientia*, c. 7. s. f. vocabuli compositi. Cf. p. 24. et 29.

रतानां *confisorum, gavisorum*, c. 6. pl. m. particip. praet. a r. रम् conj. 1. ludere, jocari, quiescere etc.

Nīl. ad h. śl. habet: वल्कलधर्मिः पाण्डवेभ्यः ॥ स्वैश्वर्ये प्र
काशयितुं स्वत्सुकन व्याजेन घोषयात्रागतानां धार्तरा
ष्ट्राणां धर्मत्सुताबद्धाः तेषामपि जेतुं न मत्सुता

जेतुं शक्ता इत्यर्थः i. e. a Pāṇḍavis, qui animalium pellibus induti erant; ut sub bestiarum habitu suam in Dhārttarāshtras, Ghoshajātram profectos potestatem superiores ostenderent. Victores, adeo horum (Gandharbarum), quibus filii mei ligati sunt, vincendo filii mei impares. —*(Arbor. cortice, ut Ramaj. II. LVII. 11. sq. LXV. 37. —?).

Śloka 28.

यक्षरूपेण in *Jakshae forma*, in c. 3. s. n. subst. compositum ex यक्ष et रूप. V. p. 64. यक्ष nomen semideorum, quorum Kubera rex est, यक्षराज, et ipse Jaksha dictus, derivatur a यक्ष conj. 10. colere, adorare, venerari, servire; cui affigendo अ efficitur यक्ष seruiens (deo superiori Mahādaevae).

धर्मम् *Dharmam*; c. 2. s. m. nomen propr. Jamae, qui mortis infernorumque rex atque iudex manium et Judhishthirae pater est. Cf. p. 60. et 62.

समागतं *comitatum*, c. 2. s. m. particip. praet., quod respicit ad nomen praec. Cf. p. 72. 61. et 51.

धर्मराजेनसूतं *justitiae regis filium*, i. e. Judhishthiram in c. 2. s. m. vocabulum, quod in tatpurusha ex tribus aliis ad exprimendum determinati nominis sensum ita compositum est, ut praeter ultimum etiam secundum sit inclinatum, quo fit exceptio a regula formarum vocum praecedentium rudem postulante. De धर्म v. p. 62., de राजन p. 33. 25. et 65. Dharmarādsha vero idem est ac Dharmā. सूत autem filius, natus, derivatur a सूतु producere etc., de quo v. p. 22. et 33.

प्रश्नान् *quaestiones*, c. 2. pl. m. a र. प्रश्नु conj. 6. interrogare, scire velle etc., cujus श्नु, dum ei न subjicitur, convertitur in श.

काञ्चित् *quascunque, certas; c. 2. pl. m. a pronomine किम् quis? (in c. 1. m. कः ut सः etc. pronominis तद्, q. v. in tab.) et चित्* subnexo, quo pronomini किं omnibusque ejusdem formis sensus plerumque tribuitur infinitus. De litera श inserta v. supra.

विब्रुवाणां *exponentem, solventem, respondentem, dilucidantem, c. 2. s. m. particip. praes. medii a r. व्रु conj. 2. loqui, cum praeos. वि,* qua distinctio, separatio etc. denotatur.

सम्यक् *perspicue, plane, perfecte, omnino; adverb. compos. ex praep. सम् cum, quae ante r. अञ्च conj. 1. et 10. perspicue loqui, adorare, movere etc., adsumta इ fit समि. सम्यञ्च* vero in neutrius casu 1. et 2. habet सम्यक्; casus autem secundus crebro adverbiorum locum tenet.

Sensus est: quum cognoverim, qui Dharma speciem Jakshae indutus Judhishthiram comitaretur, et certas quaestiones plane explicaret, etc. Nil. addit धर्मानुग्रहादपितेषामेव जय इत्याह
A Dharmae favore eorum (Pāndavarum) sane victoria.

Śloka 29.

न विदुः (quod) *non scirent, nescirent, pers. 3. pl. praeteriti remot. activi, quod in hoc verbo cum praesentis significatione usurpatur a r. विद् conj. 2. scire, putare etc. Hic śloka ejusdem constructionis est ac decimus octavus.*

मामकाः *mei (i. e. Dhārttarāshtrae) c. 1. pl. m. pronominis possessivi, quod formatum est ex casu 6. (मम) pronom. असद् ego et क* possidendi affixo, quo vocalis prima producitur. Vernacule: Die meinigen.

तान्प्रच्छन्नरूपान् *hos transformatos, forma aliena celatos, c. 2. pl. m., cum pronomine sive articulo demonstrativo तान् (cf. p. 50.)* adjctivum compositum in vahubrīhi (ut धृत राष्ट्र, p. 25.) ex प्रच्छन्न dissimulatos et रूप *forma, species etc.* प्रच्छन्न *participium praet. indef. pass. derivatur a praep. प्र pro, prae, et r. छद् conj. 1. et 10. tegere, occultare etc.*

वसतः *commorantes c. 2. pl. m. particip. praes. act. verbi वस conj. 1. et 10. morari, manere, habitare, incolere etc.*

विराटराष्ट्रे *in Virātae regno, Indiae septentrionalis parte montana (विराटराष्ट्रेगोग्रहे), in c. 7. s. n. vox composita ex विराट nomine proprio et राष्ट्र (v. p. 25.). विराट idem ac मत्स्य राजा, de quo infra, derivatur a praep. वि et r. रद् conj. 1. et 10. loqui.*

सद् *cum, praep., quae regit casum 3. seq.*

कृषाया *Krishná, in c. 3. s. f. nomen proprium, quod v. p. 43*

तान् *eosdem, hos, c. 2. pl. m. pronominis.*

Nī. ad h. sl. कृषायाद्रौपद्या ॥ वेदनेपुनर्द्वादशवर्षाणि
वनवासस्रयदशप्रच्छन्नचर्येति प्रतिज्ञानात्
cum Krishná, i. e. cum Draupadi. In opinione (Dhārttarāshīrarum, pro eo, quod intellexerunt,) adhuc duodecim anni mansionis in silva tredecim, in quibus eorum vitae ratio (चर्या vernacule Wandel, observantia) occulta. Ita ex conventionem cum Pāndavis.

Śloka 30.

मामकानां वरिष्ठान् *meorum imperatores, principes. V. p.*

75. et 53.

धनंजयेन एकरथेन *ab Ardshuna, quum uno belli curru instructus esset, c. 3. s. m.* धनंजय *v. p. 67.* एकरथः *qui uno belli curru instructus est, adjectivum compos. ex एक unus et रथ m. belli currus, a r. रम् conj. 1. ludere, quiescere, vel राण conj. 1. ire, cum थ subjecto, quo ultima nasi litera eliditur. एकरथेन etiam ut substantivum in karmadhāra compositum accipi potest et verti: cum uno belli curru.*

भग्नान् *fractos, in c. 2. pl. m. participium praet. pass. a r. भञ्ज conj. 7. frangere, contundere, comminuere etc. Subjecto autem न, ut crebro fit, pro ते, palati litera mutatur in respondentem gutturis et ea nasi eliditur.*

वसता महात्मना *a commorante magnanimo c. 3. s. m. Cf. p. 76. et 64.*

Śloka 31.

सकृतां *vere perfectam, eximiam, numeris omnibus absolutam, in c. 2. s. f. adjectivum compos. ex सत् quod est (particip. praes. verbi अस्र esse), verum eximium, excellens, etc. et ex particip. कृते. V. p. 37. 56. et 68.*

मत्स्यराजासुतां *Matsjarādshae filiam, per Mats. genitam, in c. 2. s. f. adject. compos. ex मत्स्यराजा et participio praet. सुत natus (q. p. 74. 31. 22.), in foem. सुता nata. मत्स्यराजा in casu 3. pro forma rudi, ut p. 74. componitur ex मत्स्य m. piscis (a r. मद्, q. v. p. 59.) et राजन्, q. v. p. 33. 25. 44. 63. etc.*

दत्तां *datam, in c. 2. s. f. participium praet. pass. a r. दा conj. 3. et 1. dare.*

उत्तरां *Uttaram*, in c. 2. s. f. nomen proprium, quod Virātae filia gessit. उत्तरः (in foem. उत्तरा) superior, altus, septentrio, excellens, optimus, Virātae filius etc., derivatur a praep. उत्त supra et तर transiens, perficiens, etc. a r. तृ conj. 1. trajicere, tranare, transmeare, perficere, absolvere, cui अ subjiciendo ऋ vertitur in अर.

अर्जुनाय *Ardshunae*, c. 4. s. m. तां च eamque c. 2. s. f. अर्जुनः *Ardshuna*, c. 1.

प्रत्यगृह्णात *accepit*, p. 3. s. praet., a praep. प्रति erga, contra, pro, re—, et a r. ग्रह् conj. 9. capere, accipere. Cf. tab. conjug.

सुतार्थे *pro filio*, filii caussa, c. 7. s. m. V. p. 70. etc.

Sensus est: quum cognoverim, Uttaram, eximiam Matsjarādshae filiam, Ardshunae datam (esse), quam et Ardshuna pro filio suo accepit etc.

Nil. ad h. 1. मत्स्यराज्ञाविराटेनसमासात्त्रिधेरनित्यत्वात् i. e. propter formae mutationem, in qua (occulti) cum Virāta, Matsjarādsha, conjuncti erant, etc.

Sloka 32.

निर्जितस्य *devicti*, casus 6. s. m., qui, cum tribus sequentibus conveniens, ad युधिष्ठिरं spectat. Cf. p. 52. 21. etc.

अधनस्य *opibus privati*, adject. compos. ex priv. अ et धन V. p. 67.

प्रब्राजितस्य *expulsi*, in exsilium ejecti, particip. praet. pass. verbi, in forma effectionis, ब्राजि, a r. ब्रज् conj. 10. relinquere, deserere etc., cum praep. प्र pro, prae etc.

स्वजनात् *patria*, gente propria, c. 5. s. m. vox compos. ex स्व

(p. 31.) et जन persona, gens, a r. जन conj. 3. generare, producere, cui अ subjectum.

प्रच्युतस्य colligentis, ipsius, qui paravit, a quo conflatum est, in c. 6. s. m. participium praet. verbi compos. ex praep. प्र et r. च्यु conj. 1. movere etc.

अक्षौहिण्यः Akshauhines, in c. 2. pl. f. vocabulum, in quo conjunguntur अक्ष m. rota, vehiculum etc. (a r. अक्ष conj. 1. colligere, occupare) et उलिनी f. collectio, a r. उह् conj. 1. perquirere etc. (unde व्यूह m. exercitus), cui additum adtributionis इन्, in foem. इनि. Akshauhini, quae exercitum integrum constituit, 109350 peditum, 65610 equitum, 21870 curruum et 21870 elephantum copiis efficitur.

सप्त septem, indecl. a r. सप् conj. 1. connectere, penitus intelligere, addito ते participii praet. Cf. infra śl. 49. et 77.

युधिष्ठिरस्य Yudhishtirae, c. 6. s. V. p. 60.

Nā. ad h. śl. निजितत्वादिनां त्यंतपराभूतस्यापि स माक्षौहिणी सम्पत्तेर्देवानुकूल्यात् तेषामजं यत् त्वं दृढमित्यर्थः i. e. Ex comparatione septem Akshauhinum, quas (Yudhishtira), quippe praeter modum omnino devictus, ob superationem hanc quaeque exinde consequuta sunt, fatis obtemperando (देवा नुकूल्यात् ordinationi divinae morem gerendo) collegit, aucta est (Pāṇḍavarum) vis invicta (conditio insuperabilis). Hic est sensus.

Śloka 33.

माधवं Mādhavam, i. e. Madhi victorem, in c. 2. s. m. epitheton Vishni sive Krishnae, quo nominatur a मधु daemone, quem cecidit. Cf. p. 47.

वासुदेवं *Vāsudaevam*, in c. 2. s. m. *Kṛishṇāe* patronymicum a patre ejus वसुदेव, qui filius fuit Anakadundubhae. वसुदेव autem significat deum *Vasavarum*, qui, octo numero, deorum superiorum ordinem constituunt, quem terra वसुधा, वसुन्धरा sustinet ac fovet, unde ipsi et *Vasumatis* nomen est. वसु vero, quod denotat et *Vasavarum* unum et ignem, lucis radium, substantiam, aurum, gemmam, thesaurum etc., derivatur a r. वस conj. 10. desiderare, caedere, habitare, occidere, conj. 2. tegere, etc. *Vasavae* praesunt sideri धनिष्ठा i. e. delphino, in quo quum sol et luna ad septentrionem se vertunt, temporis ratio incipit, qua *Vaedae* utuntur.

सर्वात्मना *Universi spiritu*, c. 3. s. m. subst. compos. ex सर्व omne, universum, totum et आत्मन् spiritus (p. 62.).

पाण्डवार्थे *Pāṇḍavarum caussa*, in re *Pāṇḍavarum*, c. 7. s. m. vocis compos. ut p. 70. etc.

निविष्टं *penetratum*, intus pervasum, c. 2. s. m. participii praet. pass. a praep. नि in et r. विश conj. 6. intrare etc. Addito त radi-
cis श mutatur in ष, unde त्विप्सु in ट. Cf. p. 34. 25. et al.

यस्य *cujus*, spiritus, c. 6. s. m. pronominis यद् qui, in casu 1. यः; et sic porro ut सः declinatur. V. tab. decl.

इन्द्राद्याविक्रमं *potentiam Indrae et reliquorum, quibus Indra praest, deorum*, in c. 2. s. m. subst, in tatpurusha compositum ex इन्द्र Indra (p. 47.), आद्य mfn. prior, primus, initialis, principalis, et विक्रम m. potestas, vis magna, fortitudo, a praep. वि dis— et r. क्रम conj. 1. et 4. gradi, progredi, ingredi. इन्द्राद्याः compositum in dvandva (p. 35.), exemplum praebet formulae valde frequentis, ubi in loco membrorum nominandorum ponitur vox principalis cum subnexo vocabulo आद्य vel, quod idem est, आदि, per quod, ut per etc. reliqui enumerationis articuli denotantur, quos ex orationis con-

textusque sensu suppleri oportet. Sic नमो ब्रह्मादिभ्यः honos omnibus diis, quorum primus est Brahma, vel, adoratio Brahmae et reliquis. आदि m. vero deducitur a r. दा dare et praep. आ ad, apud, quae दा radici addita, accipiendi sensum tribuit. इ autem sub-
jecto radices दा et धा, praepositioni conjunctae, आ amittunt.

विक्रमं एकं potentiam unicam, c. 2. s. m. एक unus, solus, eximius, principalis, diversus, alius etc. — Cf. p. 57.

आहुः dicunt, p. 3. pl. praes. a verbo defectivo आहु, quod cum praeteriti remot. terminationibus in tertiis personis et dualis ac pluralis secundis, ubi solum usurpatur, praesentis significationem habet.

Pro यस्येन्द्राद्या in codicibus mss. etiam legitur यस्ये मांगा; quin et Nilakantha utramque lectionem explicat: इमांगा पृथ्वी ॥ यस्य एकं विक्रमं पदमात्रमाहुः । यस्येन्द्राद्या इति पाठे विक्रमम्पराक्रममेकमसाधारणं i. e. hanc bovem Prithvim (v. p. 43. गौ etiam notat Sarasvatim deam matrem etc.). — Cujus unam potentiam loci (vestigii) momentum dicunt. Si vero legatur: Superiorum, quorum princeps Indra etc., tunc: potentiam, hostes superandi vim unam (unicam), singularem (ajunt).

Notandum hic, Indram regem esse in sensuum coelo (इन्द्र etiam vim vitalem significat, et इन्द्रिय sensum, semen), Vishnum vero उपेन्द्रं dici, i. e. eum, qui post Indram natus est.

Śloka 34.

नरनारायणौ Naram et Nārājanam, in c. 2. du. m. vocabulum in dvandva (p. 35. compositum ex duobus nominibus, नर m. homo, humanitas, genus humanum, spiritus dei, et नारायण, quod Vishni epitheton. नर derivatur a नृ conj. 1. et 9. ducere, regere,

cui subjecto **अ** ex **ऋ** fit **अर्**; **नारायण** vero a **नर** et **आयन** adveniēns, pervadens, adventus etc.; hoc autem a praep. **आ**, quae verbo eundi **इ** conj. 2. veniendi sensum tribuit, et **अन** (p. 23.). Adsumto **आयन** vocalis prima in **नर** producitur. Eodem vero **आयन** et patronymica, in gradu plerumque secundo, formantur. Unde **नारायण** etiam hominis filium denotat. Sed aliam hujus nominis derivationem praebet Mani Dharmasāstr. I. 10., ubi **नाराः** aquae dicuntur, quas **परमात्मन्** qua Brahma primum produxit et habitavit, ac **आयनं** sedes, commoratio, locus, ubi quis versatur, motus etc.; unde **नारायणः** is, cui sedes in aquis, motus super aquas, in aquis versatus etc. V. infra. In *Hitopadaesā* (p. 66. ed. Lond.) **नारायणः** dicitur **सृष्टिस्थितिप्रलयहेतुः** auctor creationis, perseverantiae, et interitus. Cf. infra sl. 63.

तौ कृषाार्जुनौ ipsos (hos) *Krishnam et Ardshunam*, c. 2. du. m. **तौ** pronomen est pro articulo demonstr., ut p. 50. Vox seq. componitur in dvandva (v. p. 35.) ex **कृषा** (v. p. 43.) et **अर्जुन** (p. 47.).

वदतः dicentis, indicantis, in c. 6. s. m. particip. praes. act. a r. **वद्** conj. 1. dicere, loqui, declarare, adserere. Subaudi **मुखात्** ab ore.

नारदस्य *Nāradae*, in c. 6. s. m. nomen propr. Munis ac Rishis, qui poemate (purāna) singulari celebratur, quemque Brahmae et Sarasvatis (**सरस्वात्याः**) prolem dicunt atque ex septem rerum creatarum dominis ac progenitoribus unum, eximium etiam astronomum, musicumque, qui **वीणा** citharae genus invenit, oratorem quoque et legislatorem, heroem insuper deorumque nuntium ac *Krishnae* amicum etc. Derivatur a **नार**, ut supra, et **दः** (in compositione) qui dat, a r. **दा**.

अहं दृष्ट्वा ego, quum viderim, अहं v. p. 32. 27. etc., दृष्ट्वा
p. 34.

ब्रह्मलोके in Brahmae mundo, in c. 7. s. m. vox composita ex
ब्रह्मन् (v. p. 63. sq.) et लोक (p. 70. sq.), qua indicatur coelum
superius.

च सम्यक् vere perspicue, adverb. (v. p. 75.) vel unite, in uno
motu.

Sensus est: Quum cognoverim, Naram et Nārājanam ipsos (eos-
dem esse) Krishṇam et Ardshunam ex ore Nāradae adserentis: quin
ego eosdem perspicue vidi in Brahmae mundo.

Śloka 35.

लोकहिताय pro mundi (hominum) salute, in c. 4. s. n. no-
men compos. ex लोक (p. 70. sq.) et हित conservatum, conservatio,
salus etc., quod deducitur a र. धा conj. 3. tenere, sustinere, fovere,
etc., cujus partic. praet. pass. est हित. De hujus vero participii usu
v. p. 25.

कृषां शमार्थिनं Krishṇam pacis cupidum, pacificatorem, c. 2.
s. m. Adjectivum componitur ex शम् m. pax, quies (a र. शम् conj.
4. quiescere, ad tranquillitatem pervenire etc. conj. 1. placare, tran-
quillum reddere etc.) et अर्थिनं cupidus, avidus, petens (ab अर्थे p. 70.
et इन् subnexo).

उप यातं eum, qui adiit (accessisse), in c. 2. s. m. particip.
praet. a praep. उप prope, ad, apud, juxta etc. et यात a र. या conj.
2. ire, obtinere.

कुराणां Kuravarum, c. 6. pl. m. pro c. 2. कुरुन् (ad) Kuravas,
qui etiam regitur a praep. उप. कुरवः sunt Kuri, Hindorum regis

posteri, alias et hic inprimis Dharttarāshtrae solum (cf. p. 25.), licet et Pāndavis ab eodem ortis. Regnum illius situm erat in India septentrionali, qua ad occidentem vergit, et Kuravarum campus **कुरुक्षेत्र**, sive immensa camporum spatia, ubi proelium commiserunt cum Pāndavis, prope Thanasaram ac Hastinapuram urbes, in provincia Dehliensi, sub meridiana Hindorum linea. Ibidem adhuc plurima loca Hindis sacra: Kuru vero, qua una ex principalibus mundi partibus, Mahādvipis (insulis magnis), aut unus ex novem Varshis, regionem mundi maxime septentrionalem constituit. Derivatur autem **कुरु** a r. **कुरु** conj. 6. sonare, cui **उ** subnexum, vel a **कृ** conj. 6. disjicere, conj. 9. violare etc., ubi **उ** addito et radicis **शृ** mutatur in **उ**.

शमंकुर्वीणां pacem conciliantem, eum, ut pacem faceret; **शम** v. supra. **कुर्वीणां** est in c. 2. s. m. participium praes. medii, a r. **कृ** conj. 8. facere.

अकृतार्थं propositum non adsequutum, proposito non peracto, quin ad propositum sibi finem pervenire potuerit, in c. 2. s. m. adjectivum in vahubrīhi compos. ex privativo **अ**, कृत participio praet. et **अर्थ**. Ad verbum **अकृतार्थः** is, a quo non factum est propositum.

यातं profectum, decedentem, c. 2. s. m. particip. praet. a r. **या** q. v. supra.

Śloka 36.

कर्णादुर्योधनाभ्यां a Karṇa et Durjodhana, in c. 3. du. m. vox composita ex **कर्णा** (p. 24.) et **दुर्योधन** (p. 23.).

बुद्धिकृतां rationem (viam) initam, consilium initum, excogitationem factam, in c. 2. s. f. V. p. 29. et al.

निग्रहे *in comprehensione, inclusione, inhibitione, c. 7. s. m. subst.*
a praep. नि in et r. ग्रह. V. p. 78.

केशवस्य *Kaśavae, in c. 6. s. m. epitheton Krishnae, a केश*
m. caesaries, et addito व, quo nomina possidendi finguntur. Idem vo-
cabulum vero etiam derivatur a nominibus क Brahmae ईश Śivae et
व Vishnī, qui trinitatem त्रिमूर्ति i. e. triplicem spiritus divini for-
mationem sive trinas formas constituunt. Cf. As. Res. XI. 126. sq.
क denotat, praeter Brahmam, animam, solem, ventum, caput, aquam, gau-
dium etc. a r. कम् conj. 1. desiderare, amoris auctorem esse etc.;
ईश praeter Śivam dominum etc. a r. ईश conj. 2. potentem, nobilem
esse etc. et व qui movet, a r. वा conj. 2. movere, flare, caedere, conj.
10. servire, felicitatem consequi etc., cui dum अ additur, eliditur आ.

तं च आत्मानं बहुधा *eumque se (spiritum) multiform-*
iter, multimode. Cf. p. 62. बहुधा derivatur a बहु multum, (hoc
a बहु conj. 1. increscere, addito उ) et धा quod subnexum vocabu-
lis, quibus numerus indicatur, distributionis adverbia fingit. Nil. ad h.
बहुधावैश्वरूपेण multimode, sub universi forma.

दर्शयानं *monstrantem (ostendisse) c. 2. s. m. particip. praes.*
verbi medii in forma effectiois, a r. दृश conj. 1. videre.

Sensus est: Quum cognoverim, a Karnā et Durjodhana initum
consilium, Kaśavam comprehendendi, et hunc se ipsum (spiritum)
multiformiter (sub universi specie) ostendisse.

Śloka 37.

वासुदेवे प्रयाते *Vāsudaeva discedente, c. 7. s. m., quum Vāsu-*
daeva proficisceretur. प्रयात est partic. praet., quod hic et alias saepe
pro praesenti usurpatur, a praep. प्र et r. या. V. supra.

रथस्य *belli currus*, c. 6. s. m. V. p. 77. Casus 6. regitur ab अग्रतस्य *infra*.

एकां *solam, unam*, c. 2. s. f. Cf. p. 57. et 81.

अग्रतस्य *a fronte*, in antica parte etc., adverb. derivatum ab अग्र n. frons, pars antica, culmen, extremitas (etiam adjective mfn. principalis etc.). et तस्य adverbiorum subjecto. Cf. p. 40. अग्रतस्य constructur cum c. 6., ut omnia adverbia, quae situm, positionem, directionem, unius rei ad alteram indicant, si terminantur affixis आ, एन, रि, अस, तस्य, तात्.

तिष्ठमानां *stantem*, c. 2. s. f. particip. praes. medii verbi a r. ष्टा conj. 1. stare, morari, quae ante terminationes praesentis, praet., conjunctivi indef. et imperativi convertitur in तिष्ठ.

अतीं *adflictam* c. 2. s. f. particip. praet. a r. अट्टं conj. 1. dolore adficere, cui त additum, observata orthoepiae regula.

पृथां *Pritham*, in c. 2. s. f. nomen propr. Kuntis, Pāndavarum matris, unde Pāndu dictus माद्री पृथापतिः Madris et Prithae maritus (Tri. Saeshae II. 8. 13.). Vishnu qua terrae maritus dicitur पृथु, unde पृथ्वी terra nominatur. Cf. p. 50. 43.

सांत्वतां *recreatam, tranquillatam, solatio fruentem*, c. 2. s. f. particip. praet. a r. षान्त्व conj. 10. solatium praebere etc.

केशवेन *a Kaesava*, c. 3. s. m. V. p. 85.

Śloka 38.

मन्त्रिणां *consiliarium, Vāsudaevam*, in c. 2. s. m. adject. a r. मत्रं conj. 10. consiliari, arcano loqui, inserta न (p. 22.) et subnexo इन् (p. 70.).

भीष्मं *Bhīṣmam*, in c. 2. s. m. herois indici nomen propr., quod *terribilem* significat. Derivatur a r. भी conj. 3. timere, terreri, in forma effectiois भीषि terrere, cui adjectum est म eliso इ. *Bhīshma* fuit filius Gaṅgae (inde dictus गांगीयः, गंगजः etc. ut *Karttikaeja*) ac *Santani*, cui et *Vitshitravīrja*, *Pāṇḍi* pater, filius fuit. Eidem adhuc *Maghae* mensis die octava aquae libantur.

शांतनवं *Śāntani filium*, in c. 2. s. m. patronymicum *Bhīshmae* a शंतनु. V. supra.

भारद्वाजं *Bhāradvādsham*, in c. 2. s. m. nomen propr. *Munis*.
आशिषः *prosperitatis preces*, c. 2. pl. f. substantivi आशिस, quod deducitur a praep. आ, ad et r. शास conj. 1. et 2., quae cum आ conjuncta vocalem suam convertit in इ.

अनुब्रुवाणां *pronuntiantem*, c. 2. s. m. particip. praes. medii, a r. ब्रु p. 26. et praep. अनु p. 26. post, secundum, cum, sequendo etc. Hoc participium respicit cum ad *Bhāradvādsham* tum ad *Bhīshmam*, qui preces pronuntiarunt, et cum duobus accusativis construitur.

Śloka h c sic reddi potest: Quum cognoverim, eorum (*Pāṇḍavarum*) consiliario, *Vāsudaevae*, etiam (adeo) et a *Bhīshma*, *Śantani* filio, et a *Bhāradvādsha* prosperitatis preces esse factas (*pronuntiatas*); etc.

Śloka 39.

यदा कर्णाः भीष्मे उवाच वाक्यं *Quum Karṇa ad Bhīshmam verba diceret.* यदा v. p. 42., वाक्यं p. 26. उवाच pers. 3. s. praet. remot, *dixit*, quod cum duobus accusativis conjungitur, deductum est a r. वच् conj. 1. et 2. dicere, loqui, quae in praet. rem. cum

literam duplicatam tum, ante vocalem, radice **व** convertit in **उ**. Idem valet de radicibus **वद्** loqui, **वस्** morari etc., **वप्** texere etc., **वह्** ferre etc., **वश्** velle etc.

न अहं योत्स्ये non ego dimicabo pers. 1. s. futuri indef. medii a r. **युध** p. 23. **ध** radice ante **स्** terminationum affixarum mutatur in **त्**.

युधमाने त्वयि dimicante te c. 7. s. m. **युधमान** est particip. praes. medii. Cf. p. 21. In aliis cod. mss. est **जीवमाने त्वयि** te vivente.

द्विवा derelinquens, derelicto, particip. praet. indecl. a r. **दा** conj. 3. derelinquere, **आ** per anomaliam converso in **इ**.

सेनां exercitum, c. 2. s. f. Cf. p. 54.

अपचक्राम decessit, pers. 3. s. praet. rem. activi, a praep. **अप** sub, de—, etc. et r. **क्रम** p. 80. **च अपि** quin etiam.

Integer ergo śloka hic est: Quum Karnā ad Bhīshmam verba diceret: Non dimicabo ego te dimicante (vivente), quin et exercitum derelinquens decederet; etc.

Nil. ad h. l. sic: **स्वपूथकलहोपिपराजयावहइत्या रूपदाकाराइति** quin ob propriam injuriam pugnando victoriam deseruit. Unde dictum: Quum Karnā etc.

Śloka 40.

वायुदेवार्जुनौ तौ utrumque hunc Vāsudaevam et Ar-dshunam, c. 2. du. m. Cf. p. 80. 47. et 50.

तथाधनुः eodem modo (praeterea) arcum. **तथा** v. p. 24., **धनुः** c. 2. s. n. p. 42.

गांडिवं *Gāṇḍivam*, in c. 2. s. mn. nomen proprium arcus ce-
lebris (de quo v. p. 67.) derivatum a गांडि vel गांडी, quo et ar-
cus praestantia, et quod corporis partem, in primis genas, adfcit, no-
tatur. Radix nominis est गांडि conj. 1. esse partem corporis, genam
etc., unde गांडि m. gena. व autem voci subjecto relatio conjunctio-
ve rei cum alia exprimitur.

अप्रमेयं *eximium*, c. 2. s. n., quod refertur ad धनुः. V. p. 61.
त्रीणि उग्रवीर्याणि *tres potentias acres, vehementes, fortes*,
c. 2. pl. neutr. Vocabulum ultimum in Karmadhāra compositum est
ex उग्र mfn. acer, acerbus, iracundus, m. Śiva, n. ira (a र. उच् conj.
4. convenire, conjungi, quae इ adsumto palati literam mutat in eam
gutturis,) et ex वीर्यं n. robur, fortitudo, splendor, animal etc. a
वीर fortis, hero etc. (hujus radix est वीर् conj. 10. esse fortem)
et प abstractorum affixo.

समागतनि *consociatas*, particip., quod spectat ad vocem prae-
ced. V. p. 72. 74.

Śloka 41.

कश्मलेन *stupore, animi deliquio*, in c. 3. s. m. subst. a र. कश्
conj. violare, laedere, etc., ac मल subjecto, sive ab अल, ante quod
म inseritur. Nil. hanc vocem interpretatur मोहेन mentis perturba-
tione etc. a र. मुह. V. p. 33.

अभिघते *attacto, correpto, percusso*; in c. 7. s. m. particip. praet.
pass., quod spectat ad Ardshunam, a praep. अभि coram etc. et r.
यम् conj. 1. ligare, cohibere, arcere, cessare. त participii addito म
eliditur.

रथोपस्थे *instante in belli curru*, c. 7. s. m. adjectivi in vahu-
brīhi compositi, ex रथ (p. 77.) et उपस्थ instans, a praep. उप cum,
prope etc. et r. षा.

सीदमाने *sidente*, in c. 7. s. m. particip. praes. medii a र. षद्
conj. 1. vel 6. sidere, considerare, cedere etc., quae inclinata muta-
tur in सीद्.

शरीरे *in corpore*, c. 7. s. n. subst. a र. शृ conj. 9. laedere, de-
ficere, labi, decrescere etc. et इर subnexo, quo nomina possidendi
formantur. *

I. e.: Quum cognoverim Krishnam Ardshunae, dum hic in belli
curru stans, animi deliquio correptus, consideret, mundos in corpore
monstrantem etc. *Vel potius a षष sex, ut alibi.

Sloka 42.

भीष्मं अमित्रकर्शने *Bhishmam inimicos conterentem*, c. 2. s.
m. V. p. 87. et 70.

निघ्नन्तं *concidentem*, in c. 2. s. m. particip. praes. activi, quod
respicit ad Bhishmam, et derivatur a praep. नि in etc. et r. हन् conj.
2. caedere, occidere etc. in pers. 3. pl. praes. घ्नन्ति caedunt, unde
participium praes. formatum.

